# Aurelij Auguſtini ſe cunda quinquagena

Diui Aurelij Auguſtini Hip-
poneſis epiſcopi: de pſ. LI. Trac-
tatus incipit.

Prefatio.

PSalmus breuis eſt: de q̄
loquendū ſuſcipimꝰ cari-
tati veſtre: ſed titulū habꝫ
aliquantulū negocioſuꝫ.
Patienter ergo ſuſtinete
nos: donec illū enodemꝰ:
vt poſſumus: quātū adiuuerit dñs. Necꝫ
eñ paſſim ꝑtereūda ſūt hec: qñquidē pla-
cuit fratribꝰ: nō tm̄ aure ⁊ corde: ſed ⁊ ſtilo
excipiēda que dicamus: vt nō auditorem
tm̄: ſed ⁊ lectorē etiā cogitare debeamus.
Nata eſt quidē occaſio pſalmo huic ex re
quadā geſta: quā vobis etiā fecimꝰ recita-
ri de libro regnorū. Saul eñ rex nō ad per
manendū electus a dño: ſed ſcd̄m populi
cor durū ⁊ malū datus ad eorū correptio-
nē: nō ad vtilitatē ſcd̄m illam ſententiā ſcp
turarū: que ait de deo: qui regnare facit ho
minē hypocritaꝫ: ꝓpter ꝑuerſitatē popu
li. Cum ergo talis eſſet Saul: perſequebat̄
Dauid: in quo deꝰ prefigurabat regnū ſa-
lutis eterne: ⁊ quē deus elegerat permāſu-
rū in ſemine ſuo: qñquidē futurus erat rex
noſter rex ſeculorū: cū quo regnaturi ſumꝰ
ineternū ex ſemine ipſius Dauid ſꝫm car-
nē. Cū ergo Dauid deus elegiſſet: ⁊ ꝑele-
giſſet ⁊ predeſtinaſſet ad regnū: noluit ⁊ ip
ſum Dauid añ regnū tenere: ꝙ primo a ꝑ-
ſequentibꝰ liberaret: vt etiā in hoc ipſo fi-
guraret nos: id eſt corpus eiꝰ: cuius corpo
ris caput chriſtus. Porrò eñ ſi ipſum ca-
put noſtrū ſine primo ꝑacto labore in ter
ra: i celo regnare noluit: necꝫ leuare ſurſū
corpus quod deorſum accepit: niſi ꝑ tribu
lationis viam: quid audēt mēbra ſperare
capite ſuo magis ſe poſſe eſſe felicia? Si pa
trēfamilias beelzebub vocauerūt: quāto-
magis domeſticos eius? Nō ergo ſperemꝰ
molliorē viam: qua ꝓceſſit eamus: qua du
xit ſequamur. Si eñ a veſtigio eiꝰ aberra-
uerimus: perimꝰ. In h̄ ergo Dauid quid
ꝓfigurabatur videtis. Ergo ⁊ in Saul q̇d
ꝓfigurabatur videtis. Regnuꝫ malum in
Saul: ⁊ regnum bonū in Dauid: mors in
Saul: ⁊ vita in Dauid. Eteñ nos nō per
ſequitur niſi mors: de qua in fine triūpha-
bimus dicentes: Ubi ē mors ꝯtentio tua?
vbi eſt mors aculeus tuꝰ? Quid eſt quod
dico: non nos ꝑſequitur niſi mors? Quia
niſi mortales eſſemꝰ: nō eſſet quod nobis
faceret inimicus. Nunq̇d eñ angelis q̇c-
ꝙ̄ fac? Ergo etiā ipſa mors a q̄ maxime ha
bemus ꝑſecutionē: cuius finitur in fine cō
tentio: cuꝫ reſurrexerimus a mortuis: ſicut
finita eſt in capite noſtro: ſic finiet̄ ⁊ in no-
bis ſi iuſti fuerimus inuenti. Nam mortuꝰ
ille mortis interfector fuit: et magis in illo
mors mortua eſt: ꝙ ipſe in morte. Denicꝫ
etiā nomē ipſum ſi attendamꝰ: non eſt ſine
myſterio. Nā Saul interpretatur petitio:
hoc eſt appetitio. Quid eñ dubitare debe
mus: nobis feciſſe mortē iſtaꝫ? A peccato
eñ hoīs nata eſt mors. Merito ergo ipe ſi
bi homo appetiuit mortē: ⁊ ideo petitio nō
men eſt mortis. Nā ſicut ſcriptū eſt: Deus
mortē nō fecit: nec letatur in perditione vi
uorū. Creauit eñ deus vt eſſent omnia: et
ſanabiles fecit nationes orbis terrarū. Et
vñ mors tanꝙ̄ q̄reres: Impij aūt manibꝰ
inquit: ⁊ verbis accerſierūt illā: ⁊ eſtiman-
tes illā amicā defluxerūt. Ergo appetēdo
illam defluxerūt: ⁊ in mortē irruerunt: eſti-
mātes illā ſibi eſſe amicā: ⁊ quomō eſtima
uit populus amicū: ⁊ petiuit regem inimi-
cū. Extorſit eñ populus a dño habere re-
gem: ⁊ datus eſt Saul tanꝙ̄ dati eſſent illi
in manus ſuas: qui manibꝰ ⁊ verbis accer
ſierunt mortē: ⁊ figurata eſt in ipſo Saule
ipſa mors. Ideo pſalmus ille ſeptimuſde-
cimꝰ: ſic habet tituluꝫ: in die qua liberauit
eū dñs de manu omniū inimicorū eius: et
de manu Saul. Dixit primo omnes inimi
cos eiꝰ: ⁊ poſtea de manu Saul: qꝛ nouiſſi
ma inimica deſtruet̄ mors. Quid eſt et de
manu Saul? Quoniā exemit nos ab infe-
ris: ⁊ de manu mortis liberauit nos. Cum
ergo Saul ꝑſequeret̄ virū ſanctū Dauid:
cōfugit vbi tutū putauit eſſe locū: tranſiēs
ꝑ ſacerdotē quēdam Achimelech: accepit
ab eo panes. Ubi figurauit etiā perſonaꝫ:
nō tm̄ regis ſed ⁊ ſacerdotꝭ: qꝛ mādu caui t
panes ꝓpoſitionis: quos ſicut dicit dñs in
euāgelio: non licebat māducare niſi ſolis
ſacerdotibꝰ. Poſtea cepit eū q̄rē Saul: ⁊
iratus eſt ſuis qꝺ nemo eū ſibi vellet ꝓde-
re. Hoc modo lectū eſt in libro regnoruꝫ.
Erat aūt ibi Doech idumeꝰ q̇dā: qñ vene
rat ille ad Achimelech ſacerdotē: ꝑnceps
paſtorum Saul. Qui cum adeſſet quādo
Saul iraſcebatur ſuis: ꝙ nullus illi vellet
ꝓdere Dauid: prodidit vbi eum vidiſſet.
Miſit cōtinuo Saul: exhibuit ſacerdotē:
⁊ omnes eius ⁊ iuſſit occidi. Nemo auſus
eſt hoīm regis Saul: nec iubente rege mit

tere manũ in ſacerdotes domini: ſed ille q̃
prodiderat: ſicut Judas qui a propoſito
ſuo nõ receſſit: ⁊ vſqꝫ in finez ꝑſeuerauit:
de illa radice fructꝰ ferre quales: niſi qua-
les fert arbor mala? Occidit Doech iſte
manu ſua iubente rege ſacerdotẽ ⁊ omnes
eius. Deinde debellata eſt ciuitas etiã ſa-
cerdotũ. Inuenimus ergo Doech iſtũ ini
micum regi Dauid: ⁊ ſacerdoti Achime-
lech. Unus homo eſt Doech: ſed genꝰ ho
minũ eſt Doech: ſicut Dauid ⁊ corpus ip
ſius regis ⁊ ſacerdotis: tanq̃ vnus homo
eſt due perſone: ſed tamẽ vnũ genus homi
num. Proinde in iſto tempe: ⁊ in iſto ſecu
lo videamus hec duo genera: vt ꝑtineãt
ad vtilitatẽ noſtrã: vel quod cantamꝰ: vel
quod cantari audimus. Modo videamꝰ
Doech: modo videamus corpus regis ⁊
ſacerdotũ: modo videamus corpus homi
nuz aduerſus regẽ ⁊ ſacerdotẽ. Primo no
mina ipſa attẽdite q̃ myſtica ſint. Doech
interpretatur motus. Idumeus interp̃ta-
tur terrenꝰ. Jam videte quale genus homi
num ſignificat Doech iſte motꝰ. Nõ ergo
ꝑſeuerans ineternũ: ſed emigrandus terre
nus. Quid expectas ꝺ homine terreno ali
quos fructus celeſtes? Homo erit ineter-
nũ. Eſt ergo regnuz terrenum: vt breuiter
dicam ⁊ cito inſinuẽ: hodie in iſto ſeculo:
vbi eſt ⁊ regnũ celeſte. Peregrinos habet
ciues ſuos vtrũqꝫ regnũ: regnum terrenũ:
⁊ regnũ celeſte: regnum eradicandũ: ⁊ reg
num ineternũ plantandũ. Modo in hoc
ſeculo ciues vtriuſqꝫ regni ꝑmixti ſũt. Cor
pus regni terreni: ⁊ corpus regni celeſtĩ cõ
mixtum eſt. Regnũ celeſte gemit inter ci-
ues regni terreni ⁊ aliquãdo. Nã ⁊ hoc ta-
cendum nõ eſt: quodãmodo regnum ter-
renũ angariat ciues regni celorũ: ⁊ regnũ
celeſte angariat ciues regni terreni. Utrũ-
qꝫ vobis de ſcriptura dei demõſtrabimꝰ.
Daniel ⁊ tres pueri in babylonia ꝑ̃poſiti
ſunt negocijs regis. Joſeph in egypto ſe-
cũdus a rege poſitus eſt adminiſtrare rẽ-
publicã: de qua republica erat populus il
le dei liberandus. In ipſa republica anga
riam quodãmõ faciebat Joſeph: ſicut illi
tres pueri: ſicut Daniel. Manifeſtũ eſt er
go ꝙ vſurpat ſibi ad opera ſua: id eſt ad
opa regni ſui: nõ ad facta ſua mala regnuz
terrenũ ciues regni celorum. Quid eſt reg
nũ celorũ? Quomõ vſurpat in hoc ſeculo
ad tempꝰ ciues regni terreni? Nõne de his
Apoſtolus dicit: ꝙ nõ caſte euãgeliũ an-
nunciabant: ſed terrena deſiderantes reg-
num celorũ predicabant: ſua querebãt et
chriſtũ annũciabãt? Et vt noueritis ꝙ ⁊ ip
ſi ad opus regni celorũ: tanq̃ mercẽnarij
aſſumpti ſunt. Aplus gaudens de illis di-
cit: Sunt qui ꝑ inuidiã ⁊ contentionẽ chri
ſtum annũciant: nõ caſte: exiſtimãtes tribu
lationem ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid
enĩ: dũ omnimõ ſiue per occaſionẽ ſiue ꝑ
veritatẽ chriſtus annũcietur? Et in hoc gau-
deo: ſed ⁊ gaudebo. De talibus etiã chri-
ſtus annũciat dicens: Pharisei ⁊ ſcribe ſu
per cathedrã Moyſi ſederũt: que dicũt fa
cite: qua autẽ faciũt facere nolite. Dicunt
enĩ ⁊ nõ faciunt. Que dicũt ꝑtinẽt ad Da
uid. Que faciũt: ꝑtinent ad Doech. Per
illos me audite: illos imitari nolite. Iſta
duo genera hominũ ſũt hodie in terra. De
his duobus generibꝰ hominũ cantat pſal
mus iſte. Habet aũt pſalmi titulus: nunci
atũ eſſe Sauli de Dauid: ꝙ venerit Da-
uid in domũ Achimelech: cũ legamus eũ
veniſſe in domũ Achimelech: ⁊ fortaſſe ꝙ
nõ abſurde ſentimꝰ ꝓpter ſimilitudinẽ no-
minis: ⁊ vniꝰ ſyllabe differẽtiã: vel potius
vniꝰ littere variati ſunt tituli: in codicibus
tñ pſalmorũ: cũ inſpiceremus magis Abi
melech: q̃ Achimelech inuenimus. Et qm̃
in alio loco habes euidentiſſimũ pſalmũ:
nõ diſſimilitudinẽ nois: ſed prorſus diuer
ſum nomẽ inſinuãtẽ: quãdoquidẽ Dauid
ante regẽ Achis: non ante regem Abime
lech immutauit faciẽ ſuam: ⁊ dimiſit eum: ⁊
abijt. Titulus aũt pſalmi ſic ſcriptꝰ eſt: qñ
immutauit vultum ſuũ coram Abimelech.
Ipſa magis mutatio nominis in myſteriũ
fecit nos eſſe intẽtos: ne tanq̃ res hiſtorie ꝑ
ſequaris: ⁊ ſacrata vela contẽnas. Diſcuſ
ſum nomẽ in pſalmo illo: qḋ ẽ Abimelech
inuenitur interpretatũ: patris mei regnuz.
Quomõ aũt patris ſui regnũ dimiſit Da-
uid: ⁊ abijt: niſi quomõ chriſtus regnũ iu-
deorũ dimiſit: ⁊ ad gentes trãſiuit? Hunc
fortaſſis etiã propheticus ſpiritꝰ aſcribens
titulum pſalmo huic: voluit vt nõ diceret
Achimelech: ſed Abimelech: qꝛ qñ venit
Dauid ad patris ſui regnũ: tunc eſt ꝑditꝰ:
hoc ẽ quãdo venit dñs noſter Jeſus chri-
ſtus ad regnũ iudeorũ inſtitutũ a pr̃e ſuo:
de quo dicit: Auferet a vobis regnũ dei: ⁊
dabit genti facienti iuſticiã: tũc eſt ꝑditus
morti: quã ſignificat Saul. Nõ eſt aũt oc-
ciſus: ſicut nec Iſaac: cũ ⁊ ipſe paſſionem
dñi figuraret: nec tñ ſine ſanguine figura

tranſacta ē ibi vel illiꝰ arietis: vel hic Achi
melech ſacerdotis. Neq̧ eñ occidi opor
tuit eos quos tūc reſurgere nō oportebat:
ſed eorum vitā a mortis periculo liberari.
Uerūtamē effuſi ſanguinis liberatio reſur
rectionē potiꝰ ſignificabat: q̄ hoc modo in
illis figurabatur. Quia vero dño ſeruaba
tur reſurrectio: plura hinc dici poſſent: ſi il
larū rerum geſtaꝝ in hoc ſermone ſuſcepiſ
ſemus tractanda myſteria. Nūc audiamꝰ
iam iſta duo genera hominū: quādoquidē
de titulo iſto: ⁊ ſi opioſius ⁊ fortaſſe loqua
tus: tamē vt dñs ꝯceſſit exitū eſt. Duo ge
nera hominū attendite: vnū laborantiū:
alteꝝ eorū inter quos laborat. Unū de ter
ra: alterum de celo cogitantiū. Unum in
profundū cor mittentiū: alterum cor ange
lis coniungentiū. Unū ſperantiū de terre
nis quibus pollicetur hic mundus: alterū
preſumentiū de celeſtibus: que ꝓmiſit nō
mendax deus. Non eſſe deſperādū de ho
minibꝰ bonis: ſi ꝑ eos terrenū aliq̄d admi
niſtret: nec rurſum cōtinuo gratulādū de
hominibꝰ q̄ celeſtia agere dinoſcant nego
cia: cum plerūq̧ illi qui negocijs ſeculari
bus implicati ſunt cor ſemper ſurſum ha
beant: et iſti qui celeſtia ſemꝑ predicāt cor
trahūt in terra. Sed mixta ſunt iſta genera
hominū: Inuenimꝰ modo ciuem hieruſa
lem: ciuem regni celorum adminiſtrare ali
quid in terra: vtputa purpuram gerit: magi
ſtratus eſt: edilis eſt: ꝓconſul eſt: impera
tor eſt: rempublicā gerit terrenam: ſed cor
ſurſum habet: ſi chriſtianꝰ ē: ſi fidelis eſt: ſi
pius eſt: ſi contēnens in quibꝰ eſt: ⁊ ſperat
in quibus nondū eſt. De quo genere fuit
illa ſancta mulier Heſter: que cū eſſet vx
or regis: ventū eſt ad periculū depcandi ꝓ
ciuibus ſuis. Et cum ad deū oraret coram
domino: vbi mentiri nō poſſet: in oratione
ſua dixit: ita ſibi fuiſſe illa ornamenta rega
lia ſicut pannū menſtruate. Non ergo de
ſperemus de ciuibus regni celorum: quā
do eos videmus aliqua gerere babylonie
negocia: aliquid terrenū in republica terre
na. Nec rurſus cōtinuo gratulemur omni
bus hominibus quos videmꝰ agere nego
cia celeſtia: q̄r ⁊ filij peſtilentie ſedēt aliq̄n
in cathedra Moyſi: d̄ quibus dicit: Que
dicunt facite: que aūt faciunt: facere noli
te. Dicunt eñ ⁊ nō faciūt. Illi in terrenis
rebus leuant cor in celū: iſti in celeſtibꝰ ver
bis trahunt cor in terrā. Ueniet autē tp̄us
ventilabri: q̄ñ vtrūq̧ diligentiſſime diſcer
natur: ne granū aliquod trāſeat in aceruū
palee cōburendū: nec vna ſtipula tranſe
at ad maſſam in horreo recondendā. Or
diu ergo nunc ꝑmixtū eſt: audiamus hinc
vocē noſtrā: id eſt ciuiū regni celorū. Hoc
eñ affectare debemꝰ: tolerare hic malos q̄
tolerari a bonis: ⁊ cōiungamus nos huic
voci: ⁊ aure: ⁊ lingua ⁊ corde: ⁊ opere. Qd̄
ſi fecerimus: nos hic loquimur in his que
audimus. Dicatur ergo ꝑmo de corpore
malo regni terreni.

Expoſitio pſalmi.

QUid gloria
tur in malicia q̄
potens † eſt: At — Alia lr̃a. † gloriaris
tendite fratres mei: — tes.
gloriam malignita
tis: gloriam homi
num malorū. Que
gloria: Quid gloriatur in malicia: qui po
tens eſt: id eſt qui in malicia potens eſt: q̄d
gloriatur: Opus eſt potentē eſſe: ſed in bo
nitate nō in malicia. Aliquid magnum eſt
gloriari in malicia: Edificare domū pau
corū eſt: deſtruere multorū. Quiuis igna
rus poteſt ſeminare frumenta: excolere ſe
getem: expectare donec matureſcat: & in ei
us fructu in quo laborauit gaudere pauco
rum eſt. Una ſcintilla omnē ſegetē incen
dere quis pōt. Suſcipere infantē: natū nu
trire: educare ad iuuenilem etatē: perduce
re: magnū officiū ē: occidere illū vno pun
cto temporis quis poteſt. Ergo ea que ad
deſtructionē fiunt: facillime fiunt. Qui glo
riatur: i domino glorietur: Qui gloriatur: in
bonitate glorietur. Gloriaris quia potens es
in malo: quid facturus es o potens: q̄d fa
cturus es: Multū te iactas: occiſurus es
hominē: hoc ⁊ ſcorpius: hoc ⁊ vna febris:
hoc ⁊ fungus malus. Huic ne redacta eſt
omnis potētia tua: vt malo fungo coeque
tur: Hoc ergo faciūt boni ciues hieruſalē:
qui nō in malicia ſed in bonitate gloriant:
primo vt nō in ſe ſed in dño glorient: dein
de vt ea q̄ ad edificationē faciunt ſtudioſe
faciāt: ⁊ talia faciāt q̄ valeāt ad ꝑmanēdū.
Que aūt faciunt ad deſtructionē: faciunt
propter diſciplinā profitentiū: nō propter
oppreſſionē innocentiū. Huic ergo poten
tie cōparatū corpus illud terrenū: quare
nō audiet ex his verbis: q̄d gloriat in ma
licia q̄ potēs eſt In iniquitate. To
ta die iniuſticiam cogitauit lingua

tua: In iniquitate tota die: id eſt toto tẽ-
pore: ſine laſſitudine: ſine interuallo: ſine
pauſatione. Et qñ nõ facis: cogitas: vt qñ
aliquid mali abeſt a manibus: a corde nõ
abeſt. Aut facis malũ: aut dum nõ potes
facere: dicis malũ: hoc eſt maledicis. Aut
qñ nec hoc potes: vis ꝛ cogitaſ malũ. To
ta die ḡ: id ẽ ſine intermiſſione expectamꝰ
huic homini penã: qua ſibi pena eſt: mina
ris ei. Tu cũ ei minaris: quo eũ vis mittẽ
in malũ? Dimitte illũ in ſe: vt multũ ſeuie-
ris. Subiecturꝰ es beſtijs: in ſeipm peioꝛ ẽ
beſtijs. Beſtia eñ lacerare corpus eiꝰ po-
teſt: ipe coꝛ ſuũ ſanũ relinquẽ nõ põt. In-
terius in ſeipm ſeuit: ꝛ tu exterius plagas
inquiris: imo oꝛa ꝓ illo vt liberet a ſe. Ve
rũtamẽ in hoc pſalmo fratres: nõ oꝛatio ẽ
ꝓ malis: aut ꝯtra malos: ſed ꝓdictia quid
ſit euentuꝝ malis. Nõ itaqꝫ putetis ex ma
liuolẽtia pſalmũ aliquid dicere. Dicit eñ
in ſpiritu ꝓphetie. Quid ḡ ſequitur? Tota
potẽtia tua: ꝛ tota cogitatio iniquitat: to-
ta die: ꝛ meditatio malignitatis in lingua
tua ſine intermiſſione qd egit: qd fecit? Si
cut nouacula acuta feciſti dolum.
Ecce quid faciunt ſanctis mali: capillos
radunt. Quid eſt quod dixi? Si ſint tales
ciues hieruſalem qui audiant vocem do-
mini ſui: regis ſui dicentis: Nolite timere
eos qui corpus occidunt: animam aũt nõ
poſſunt occidere: qui audiãt vocẽ que mo
do ex euangelio recitata eſt: quid ꝓdeſt ho
mini ſi totum mundũ lucretur: ſe autem ip
ſum detrimentũ faciat: contẽnunt omnia ꝑ
ſentia bona: inſup ꝛ ipſam vitã. Et quid fa
ctura eſt nouacula Doech homini medi-
tanti in hac terra regnũ celoꝝ: ꝛ futuro in
regnum celoꝝ habenti ſecũ deum ꝛ ꝑmã-
ſuro cũ deo? Quid ẽ factura illa nouacula?
Capillos raſura: caluũ factura eſt. Et hoc
ad chriſtũ ꝑtinet: qui in loco caluarie cru-
cifixus eſt. Facit ꝛ filiũ choꝛe: quod interꝑ
tatur caluiciũ. Nã iſti capilli ſuperflua re-
rum tempoꝛaliũ ſignificãt. Qui quidẽ ca-
pilli nõ ſupflue facti ſunt a deo in coꝛpoꝛe
hominũ: ſed ad aliquod oꝛnamẽtũ: tũ qa
ſine ſenſu precidũtur: illi qui adherent coꝛ
de deo: ſic habent iſta terrena tanqꝫ capil
los. Sed aliquando ꝛ aliquid boni de ca-
pillis operandũ eſt: quando frangis panẽ
eſurienti: egenum ſine tecto inducis in do-
mũ tuam: ſi videris nudũ veſt: poſtremo
etiam ipi martyres imitantes dominũ: ſan
guinem pro eccleſia fudẽtes: audiẽtes vo
cem illam: Sicut chriſtus animã ſuaꝫ pro
nobis poſuit: ſic ꝛ nos debemus pro fratri
bus animã ponere. Quodãmodo ꝺ capil
lis ſuis bene nobiſcũ fecerunt: id eſt de his
rebus quas poteſt amputare: vel radere il
la nouacula. Quia ergo ꝛ de ipſis capillis
boni aliquid fieri poteſt: ſignificauit ꝛ illa
mulier peccatrix: que cũ fleuiſſet ſuper pe-
des domini: capillis ſuis terſit: qs lachꝛy-
mis rigauit: ſignificans quia cũ miſertus
fueris alicuius: debes ꝛ ſbuenire ſi potes.
Cũ eñ miſereri tanqꝫ lachꝛymas fundis:
cum ſubuenis capillis tergis: ꝛ ſi hoc cui-
cunqꝫ: quantomagis pedibꝰ domini? Qui
ſunt pedes domini? Euangeliſte ſancti: de
quibꝰ dictũ ẽ: Q̃ ſpecioſi pedes ſunt eoꝝ
qui annũciant paceꝫ: qui annũciat bona.
Ergo acuat nouaculã linguã ſuã Doech:
acuat dolũ quantũ põt: ablaturus eſt ſup
flua tẽpoꝛalia: nũquid neceſſaria ſempiter
na? Dilexiſti maliciam ſuper be-
nign itatem: Ante te erat benignitas ip
ſam diligeres. Nõ eñ aliquid eras eroga-
turus: aut quos diligeres de lõginqua na
uigatione allaturꝰ eras. Benignitas ante
te: iniquitas añ te: cõpara ꝛ elige. Sed foꝛ
te habes oculũ quo videas malignitateꝫ:
ꝛ non habes oculũ quo videas benignita
tem. Ve iniquo coꝛdi: qꝺ prius eſt: auertit
ſe: ne videat qꝺ videre põt. Quid eñ de
talibus alio loco dictũ eſt? Noluit intelli-
gere: vt bene ageret. Non eñ dictũ eſt: nõ
potuit: noluit inquit itelligere vt bene age
ret: clauſit oculos a luce preſenti. Et quid
ſequitur? Iniquitatẽ meditatus eſt in cubili
ſuo: hoc eſt in interioꝛi ſecreto coꝛdis ſui.
Tale hoc obijcitur huic Doech idumeo
maligno coꝛpi: motui terreno: nõ ꝑmanẽ-
ti: nõ celeſti. Dilexiſti maliciã ſup benigni
tatẽ. Nam vis noſſe qꝫ videat malus vtrũ
qꝫ: ꝛ illꝺ potiꝰ eligat: hinc ſe auertat. Qua
re clamat qñ inique aliquid patitur? Qua
re tunc exaggerat quantũ poteſt iniquita-
tem: ꝛ laudat benignitatẽ: repꝛehẽdens eũ
qui in illo opatus eſt malignitatẽ ſup beni
gnitatẽ? Sit ergo regula ſibi ad videndũ:
de ſeipſo iudicabit. Poꝛro ſi faciat qꝺ ſcri
ptum eſt: Diliges ꝓximũ tuum tanqꝫ teip
ſum: Et que vultis vt faciãt vobis homi-
nes bona: hec ꝛ vos facite illis: apud ſe ha
bet vnde nouerit: quia quod ſibi nõ vult
fieri: nõ debet facere alteri. Dilexiſti mali-
ciam ſuper benignitatẽ. Inique: inoꝛdina
te: peruerſe vis leuare aquã ſuper oleũ: de-

mergitur aqua: oleuȝ ſupereminebit. Po
ne ſub tenebris lucem: fugabūtur tenebre:
lux manebit. Super celū terram vis collo
care: pondere ſuo cadit terra in locū ſuuȝ.
Tu ḡ mergeris diligēdo maliciā ſup̄ beni
gnitatem: nā nunq̄ benignitatē malicia ſu
perabit. Dilexiſti maliciā ſuper benignita
tem. **Iniquitatem magis q̄ȝ loqui
equitatem.** Ante te eſt eq̄tas: ante te ini
quitas: vnā linguā habes qua vis eā ver
tis. Quare ergo potius ad iniquitatē ⁊ nō
ad equitatē? Cibos amaritudinis nō das
ventri tuo: ⁊ cibos iniquitatis das lingue
tue maligne? Sicut eligis quod veſcaris:
ſic elige quod loquarꝭ. Preponis ergo ini
quitatem equitati: ⁊ prepouis maliciā be-
nignitati. Tu quidem preponis: ſed ſupra
eſſe quid poteſt: niſi benignitas ⁊ equitas?
Sed tu imponendo te quodāmodo ſuper
ea que neceſſe eſt vt deorſum eant: non il
la facias eſſe ſupra bona: ſed tu cū eis mer
geris in mala. Propter hoc ſequiꝭ in pſal
mo. ❡ **Dilexiſti omnia verba ſub-
merſionis:** Eripe ergo te ſi potes a ſub-
merſione. Naufragium fugis: ⁊ plumbuȝ
amplecteris. Si non vis mergi: tabulā ap
prehende: ligno portare: crux te perducat.
Nūc ḡ q̄ Doech es idume⁹: motus ⁊ ter-
renus: quid facis? Dilexiſti omnia verba
ſubmerſiōis.† **Linguam doloſaȝ.** Ex-
preſſit verba ſubmerſionis: linguaȝ dolo-
ſam. Quid eſt lingua doloſa? Miniſtra
fallacie ē lingua doloſa: aliud in corde ge-
ſtantium: aliud in ore promentiū. Sed in
his ſubuerſio: in his ſubmerſio ē. ❡ **Pro
pterea deus deſtruet te in finem:**
Et ſi nūc videris virere tāq̄ȝ fenuȝ in agro
ante eſtum ſolis. Omnis eni caro fenum:
⁊ claritas hominis vt flos feni: fenum aru
it ⁊ flos decidit: verbum autē domini ma-
net ineternū. Ecce quo te teneaſ: ad id qđ
maneat ineternuȝ. Nam ad fenum: ad flo
rem feni ſi te tenueris: quoniam fenuȝ are-
ſcet: ⁊ flos decidet: deſtruet te deus in finē.
Et ſi mō nō: certe in fineȝ deſtruet: quādo
illud ventilabrū venerit: ⁊ aceruus palee
a maſſa ſeparatus fuerit. Nonne maſſa in
horreo ⁊ palea in igne? Nōne tot⁹ iſte Do
ech ad ſiniſtrā ſtabit: quādo dictur⁹ eſt do
minus: Ite in ignem eternū qui parat⁹ eſt
diabolo: ⁊ angelis eius? Deſtruet ergo te
deus in finē. **Euellet te ⁊ emigrabit
te de tabernaculo tuo.** Modo ergo
Doech iſte idume⁹ eſt in tabernaculo: ſed

Alia lra. ꝓ precipitatiōis.

Alia lra. ſ lingua doloſa

ſeruus nō manet in domo ineternū. Ope-
ratur ⁊ iſte aliquid boni: ⁊ ſi nō factis ſuis:
ſaltem verbis dei: vt in eccleſia quādo ſua
querit: ſaltem que chriſti ſūt dicat. Sȝ emi
grabit te de tabernaculo: Amen dico vo-
bis: perceperunt mercedē ſuam. Emigra-
bit te de tabernaculo tuo. **Et radicem
tuam de terra viuentiū.** Ergo in ter-
ra viuentiū nos debem⁹ habē radicē. Ra
dix noſtra ibi ſit. In occulto eſt radix. Fru
ctus videri poſſunt: radix videri non po-
teſt. Radix noſtra caritas noſtra: fructus
noſtri: opera noſtra. Opus ē vt opera tua
de caritate procedant: tunc eſt radix tua in
terra viuentiū. Inde eradicabiꝭ iſte Do-
ech: nec omnino poterit ibi permanere: q̄
nec altius ibi figit radicem. Sed quomō
illa ſemina in petra: ⁊ ſi radiceȝ eijciunt: ta
men quia humorē non habēt: ſole orto cō
tinuo areſcunt. At vero illi qui altius figūt
radicem: quid audiūt ab Apoſtolo? Flec-
to genua mea pro vobis ad patrē domini
noſtri Jeſu chriſti: vt in caritate radicati ⁊
fundati. Et quia ibi iā radix: vt poſſitis cō
prehendere que ſit altitudo: latitudo: lon-
gitudo: ⁊ profundū. Scire etiā ſuper emi-
nentem ſcientiā caritatis chriſti: vt imple-
amini in omnē plenitudineȝ dei. Talibus
fructibus digna eſt tanta radix: tam ſim-
plex: tam germinans in germina tam alta
⁊ fundata ⁊ profunda. At vero huius ra-
dix eradicatur de terra viuentium. †**Et
videbunt iuſti ⁊ timebūt: ⁊ ſuper
eum ridebunt.** Quādo timebūt? Quā
do ridebunt? Intelligamus ergo ⁊ diſcer-
namus duo iſta tempora ſatis vtiliter timē
di ⁊ ridendi. Q̄diu enim ſumus in hoc ſe-
culo: nondū eſt ridendum ne poſtea plore
mus. Legimus quid ſeruetur in fineȝ huic
Doech: legimus ⁊ quia intelligim⁹ ⁊ credi
mus: videmus ſed timemus. Hoc ergo di
ctum eſt: videbunt iuſti ⁊ timebūt. Q̄diu
timemus quid euenturuȝ ſit in finē malis:
quare timem⁹? Quia dixit Apoſtolus: In
timore ⁊ tremore veſtrā ipſorū operamini
ſalutem. Quia dictū eſt in pſalmo: Serui-
te domino in timore: ⁊ exultate ei cum tre-
more. Quare cum tremore? Quia qui ſe
putat ſtare: videat ne cadat. Quare cū ti-
more? Quia diċ alibi: Fratres ſi p̄occupa-
tus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui
ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpi
ritu lenitatis: intendens teipſum: ne ⁊ tu tē
pteris. Ergo iuſti qui ſūt modo: qui viuūt

Alia lra. † nō habet.

ex fide: ſic vident iſtū Boech quid illi euē
tuꝝ ſit: vt tū timeāt ꝛ ſibi. Quid eñ ſūt ho
die ſciūt: q̄d cras futuri ſint neſciunt. Mō
q̄ videbūt iuſti et timebunt: Qñ aūt ride-
būt? Quando tranſierit iniquitas: qñ trāſ
uolauerit: ſicut iam ex magna parte tranſ-
uolauit tempus incertū: quādo fugate fu-
erint tenebre huius ſeculi in quibꝰ modo
nos ambulamus: niſi ad lucernam ſcrip-
turaꝝ: ꝛ ideo timemus tanq̄ in nocte. Am
bulamus enim ad prophetiam: de qua di-
cit apoſtolus Petrus: Habemꝰ certiorez
propheticuz ſermonē: cui benefacitis intē
dētes ſicut lucerne in obſcuro loco: donec
dies luceſcat: ꝛ lucifer oriatur in cordibus
noſtris. Q̄diu ergo ad lucernaz ambula-
mus: neceſſe eſt vt cum timore viuamus.
Cum autē venerit dies noſter: id eſt mani
feſtatio chriſti: de qua idem dicit Apoſto-
lus: Cū chriſtus apparuerit vita veſtra: tūc
ꝛ vos apparebitꝭ cū ipſo in gloria. Tūc iu-
ſti irridebunt iſtuz Boech. Non eſt eñ iā
ſubueniendi locus: non quomō nūc: quā-
do vides hominē iniuſte viuentem: vis cū
illo laborare vt corrigas: quia qui iniuſtus
eſt: poterit cōuerſus iuſtus eſſe: quomodo
ꝛ iuſtus auerſus poterit iniuſtus eſſe. Ita
q̄ nec de te preſumas: nec d̄ illo deſperes:
ꝛ da operaz quantū potes ſi benignus es:
ſi non diligis maliciā ſuper benignitatem:
vt ambulantez hominem in via mala: ꝛ er-
rantem corrigas ad viam bonā. Tunc ve
ro cum venerit iudicij tempus: correctio-
nis locus non erit: ſed tantū damnatiōis.
Erit ibi penitentia: ſed infructuoſa: quia ſe
ra. Vis vt fiat fructuoſa: non ſit ſera. Cōſi
dera: hodie te corrige. Reꝰ es: ille iudex ē:
Corrige reatū tuū ꝛ gaudebis ad iudicē.
Hodie eniz hortatur te ne iudicet te: ꝛ qui
iudex tuus futurus eſt: ipe eſt hodie aduo
catus tuus. Tunc ergo fratres reſtat ridē-
di tempus. Nam ipſam irriſionē iniquorū
que futura eſt iuſtꝭ: ſignificauit liber ille ſa-
pientie. Inſuper enim iniquoruz animos
cum tranſfert ſe ſapientia factura eſt quod
dixit: Increpabā ꝛ non exaudiebatis: lo-
quebar ꝛ meis ſermonibꝰ non intendeba-
tis: ꝛ ego veſtre perditiōi ſupridebo. Hoc
fiet tunc a iuſtis in iſtum Boech. Modo
aūt videamus ꝛ timeamus: ne hoc ſimus
quod in eū dicimus. Et ſi eramus hoc: cē
deſinamus: vt modo timētes poſtea ride-
amus. Quid aūt tunc dicent qui ridebūt?
Et ſuper eum ridebunt. Et dicent: ecce
homo qui non poſuit deum adiu-
torem ſuum. Videte corpus terrenum.
Quantū habebis tantus eris: prouerbiuz
auarorum: rapacium: innocētes opprimē
tium: res alienas inuadentium: cōmenda
ta negantiū. Quale hoc prouerbiū? Quā
tum habebis tantus eris: id eſt quantum
habuerꝭ pecunie: q̄ntū plꝰ acquiſieris: tan
to plus poteris. Ecce homo qui nō poſuit
deum adiutorē ſuum. Sed ſperauit
in multitudine diuitiarū ſuarum:
Non dicat pauper forte malus: ego nō ſū
de hoc corpore. Audiuit eñ prophetā di-
centem: Sperauit in multitudine diuitiaꝝ
ſuarū: continuo ſi pauper eſt attendit pan
nos ſuos. Reſpexit iuxta ſe forte diuitem
in populo dei ornatius veſtitū: ꝛ ait in cor
de ſuo: de iſto dicit: nunquid de me? Noli
inde te excipere: noli ſeparare: niſi videris
ꝛ timueris vt poſtea rideas. Nam quid ti-
bi ꝓdeſt ſi eges facultate: ꝛ ardeſ cupidita
te? Quando dominꝰ noſter Jeſus chriſtꝰ
abeunti a ſe illi diuiti contriſtato dixerat:
Vende omnia tua que habes: ꝛ da paupe
ribus: ꝛ habebis theſaurū in celo: veni ſe-
quere me: ꝛ magnam deſperationē diuiti-
tibus prenūciaret: vt diceret: facilius poſ-
ſe camelū itrare ꝑ foramē acꝰ: q̄ diuitē in
regnū celoꝝ: Nōne ꝯtinuo diſcipli ꝯtriſta
ti ſunt dicentes apud ſeipſos: quiſnā pote
rit ſaluari? Ergo quando dicebant: quiſ-
nā poterit ſaluari: diuites paucos attende
bant. Latebat eos tanta pauperū multitu
do? Nō ſibi poterāt dicē: ſi difficile eſt imo
impoſſibile: vt intrent diuites in regnuz ce
lorum: ſicut impoſſibile eſt: vt intret came-
lus per foramē acus: omnes pauperes in-
trent in regnum celoruz: diuites ſoli exclu-
duntur? Quot ſunt enim diuites? At vero
pauperū milia innumerabilia. Non eñ tu
nicas inſpecturi ſumus in regno celorum:
ſed veſtis cuiq̄ fulgor iuſticie deputabiꝭ.
Erunt ergo pauperes equales angelis dei
induti ſtolis immortalitatis: fulgebunt ſi-
cut ſol in regno patris ſui. Quid nobis eſt
de diuitibus paucis ſollicitos eſſe aut la-
borare? Non hoc ſenſerūt apoſtoli: ſed cū
dominus hoc dixiſſet: Facilius ē cameluz
intrare per foramen acus: q̄ diuitem in re
gno celorum: illi apud ſe quiſnam poterit
ſaluari? Quid attenderunt? Non faculta-
tes: ſed cupiditates. Viderūt enim etiā ip
ſos pauperes: ꝛ ſi nō habentes pecuniam:
tamen habere auariciam. Et vt noueritis

non pecuniam in diuite: ſed auariciã condemnari: aduertite quod dico. Reſpicis illum diuitẽ ſtantem iuxta te: ⁊ forte in illo eſt pecunia ⁊ non eſt auaricia: in te non eſt pecunia ⁊ eſt auaricia. Pauper vlceroſus erumnoſus linctus a canibus: non habẽs opem: nõ habens eſcam: non habens forte ipſam veſtẽ: ablatus eſt ab angelis in ſinu Abrae. Eia tu pauper gaudes modo: nunquid nam tibi ⁊ vlcera optanda ſunt? Nonne patrimoniũ tuum ſanitas eſt? Nõ eſt in hoc Lazaro meritũ paupertatis: ſed pietatis. Nam diues qui ſublatus eſt: non vides quo ſublatus eſt. Quis eſt ſublatus ab angelis? Pauper erumnoſus: vlceroſus. Quo ſublatus eſt? In ſinũ Abrae. Lege ſcripturas ⁊ inuenies diuitem Abraam. Ut noueris quia non diuitie puniuntur: habebat Abraam multum auri: argenti: pecorum: familie. Diues erat: ⁊ in eius ſinuz Lazarus pauper ſublatus eſt. In ſinu diuitis pauper: an potius ambo deo diuites: ambo a cupiditate pauperes? Quid ergo in hoc Doech culpat ſcriptura? Nõ dixit: Ecce homo q̃ fuit diues: ſed ecce homo qui nõ poſuit deũ adiutorez ſuum. Et ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarũ: non quia habuit diuitias: ſed quia in ipſis ſperauit: ⁊ in deo non ſperauit: ideo damnatur: ideo punitur: ideo mouetur d̾ tabernaculo tanq̃ motus ille terren⁹: ſicut puluis quem proijcit vẽtus a facie terre: ideo extirpatur radix eius de terra viuentium. Nunquid huic ſimiles ſunt diuites: de quibus Paulus apoſtolus loquitur: Precipe diuitibus hui⁹ mundi: nõ ſuperbe ſapere ſicut Doech: neq̃ ſperare in incerto diuitiarum: ſicut iſte ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarũ: ſed in deo viuo: non quomodo iſte qui non poſuit deum adiutorem ſuũ? Deniq̃ ille quid precepit? Diuites ſint in operibus bonis: facile tribuant: cõmunicẽt. Et quid ſi facile tribuerit: ſi cõmunicauerint non habent intrare per foramen acus? Intrabunt plane. Nam et ꝑ illis iam ipſe camelus intrauit. Ipſe eñ prior intrauit: quẽ ſicut camelũ nemo ſarcina paſſionis oneraret: niſi ſe ipſe in terrã deponẽt: qꝛ ⁊ ipſe hoc dixit: Qd̾ hominib⁹ impoſſibile eſt: deo facile eſt. Dãnatur ergo iſte Doech: timeant de illo modo iuſti: rideant ſuper eũ poſtea iuſti. Merito eniz dãnatur: non poſuit deũ adiutorem ſuum ſicut tu: qui forte habes pecuniam: ſed de deo preſumis: nõ de pecunia. Et ſperauit in multitudine diuitiaꝝ ſuarũ. Similis factus eſt illis: qui cũ dicerent: Beatũ populum cui hec ſunt: id eſt iſta terrena: retulit cõtinuo iſte qui inſultat huic Doech: Beatus populus cui⁹ dominus deus ipſius. Nam illa in quibus dixerũt: beatũ populum enumerat pſalmus. Locuti ſunt eñ tãq̃ filij alieni: tanq̃ iſte Doech idume⁹: id eſt terrenus: os eoruz locutũ eſt vanitatẽ: dextera eorũ dextera iniquitatis. Quorũ filij ipſorum ſicut nouelle cõſtabilite in iuuentute ſua: filie eorũ compoſite ⁊ ornate: ſicut ſimilitudo templi: cellaria eorũ plena eructantia ex hoc in hoc: oues eoꝝ fecũde multiplicãtes in exitib⁹ ſuis: boues eoruz craſſe: non eſt ruina ſepis: nec exitus: neq̃ clamor in plateis eorũ. Quaſi magnã felicitatez videntur habere pacis terrene: ſed ille qui terren⁹ eſt etiã motus eſt: id ẽ tanq̃ puluis quẽ ꝓijcit ventus a facie terre. Deniq̃ quid in illis reprehẽditur? Nõ qꝛ iſta habuerint: nã ⁊ boni habẽt iſta. Sꝫ quid? Hoc intẽdite ne paſſim diuites reprehẽdatis: ⁊ rurſus ne de paupertate ⁊ egeſtate p̃ſumatis. Si enim non eſt preſumendũ de diuitijs: quantomagis non eſt preſumendũ de paupertate: ſꝫ de deo viuo? In quo ergo iſti notant̃? Quia beatũ dixerunt populũ cui hec ſunt. Ideo filij alieni: ideo os eorũ locutũ eſt vanitatẽ: ⁊ dextera eorũ dextera iniquitatis. Tu autẽ quid? Beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius. Ergo iſto damnato quid? Sperauit i multitudine diuitiarum ſuaruz. **Et preualuit in vanitate ſua.** Quid enim vanius eo qui putat plus valere nũmuz q̃ deum? Ergo iſto damnato qui dixit: Beatũ populum cui hec ſunt: tu quid dicis? Beat⁹ populus: cuius eſt dominus deus ipſius? Quid de te ſentis? Quid tibi ſperas? Ego autẽ iam mõ corpus illud: audi. **Ego aũt ſic̃ oliua fructifera i domo dei:** Nõ vnus homo loquit̃: ſed oliua illa fructifera: vñ amputati ſũt ſupbi illi rami: ⁊ inſertus humilis oleaſter. Sicut oliua fructifera in domo dñi. **Sperauí in miſcdia dei.** Ille quid? In multitudine diuitiarũ ſuarũ: ideo radix eius euelletur de terra viuentiũ. Ego autẽ quia ſicut oliua fructifera in domo dei: cui⁹ radix nutritur nõ eradicat̃: ſperaui in miſericordia dei. Sed forte modo. Nã ⁊ hinc errãt homines aliqñ. Deũ quidez colunt: ⁊ nõ ſunt iam ſimiles

iſti doech. Sed ꝙuis de deo preſumāt ad
temporalia: tamē vt dicant ſibi: colo deū
meū qui me facturus eſt diuitem in terra:
qui mihi filios daturus eſt: qui mihi vxorē
daturus eſt. Talia quidē non dat niſi deꝰ:
ſed non vult ſe propter talia diligi deꝰ. Jō
enim ſepe iſta dat ⁊ malis: vt aliud ab illo
diſcant querere boni. Quomō ergo tu di-
cis: ſperaui in miſericordia dei? Forte ad
temporalia adipiſcenda: immo: **In eter-
num ⁊ in ſeculū ſeculi.** Quod dixit in
eternum: repetere voluit adijciendo in ſe-
culū ſeculi: vt confirmaret ibi repetēdo: ꝙ
fundatus eſſet in dilectione regni celorū: ⁊
Alia lr̃a — in ſpe eterne felicitatis. ¶ **Confitebor**
† domine. — **tibi † in ſeculū † quoniā feciſti:** Quid
† quia. — feciſti? Doech damnaſti. Dauid corona-
ſti. Cōfitebor tibi in ſeculū quoniā feciſti.
Magna cōfeſſio: quoniā feciſti. Quid fe-
ciſti: niſi hec ipſa que ſupra dicta ſunt: vt tā
ꝙ oliua fructifera in domo dei ſperarē i mi
ſericordia dei in eternū: ⁊ in ſeculū ſeculi?
Tu feciſti: impius iuſtificare ſe nō poteſt:
Sed quis eſt qui iuſtificat? Credenti inqt
in eum qui iuſtificat impiū. Quid eñ ha-
bes quod nō accepiſti? Si autē accepiſti:
quid gloriaris quaſi nō acceperis: qſi ex te
habeas? Abſit vt ⁊ ego ſic glorier: ait iſte
qui oppoſitus eſt ꝯtra Doech: qui tolerat
Doech in terra: donec emigret ille de ta-
bernaculo ⁊ eradicetur de terra viuentiū.
Nō glorior qſi nō acceperim: ſ; in deo glo-
rior: ⁊ confitebor tibi qm̄ tu feciſti: id eſt qꝛ
tu feciſti: nō ex meritis meis: ſed ex miſcdia
tua. Ego eñ quid feci? Si recolas: priꝰ fui
blaſphemus ⁊ ꝑſecutor ⁊ iniurioſus. Tu
aūt quid feciſti? Sed miſericordiā cōſecu-
tus ſum: quia ignorās feci: Confitebor ti-
bi in ſeculum quoniam feciſti. **Et expec-
Alia lr̃a. — tabo nomen tuum quoniā † iocun-
† bonū. — dum eſt.** Amarū eſt ſeculū: ſed nomen
tuū iocundū. Et ſi dulcia quedam ſunt in
ſeculo: ſed cū amaritudine digerunt. Pre-
ponitur nomē tuū: non ſolū magnitudine
ſed etiā iocunditate. Narrauerūt etenī mi-
hi iniuſti delectatiōes: ſed nō ſicut lex tua
dñe. Neqꝫ eñ ſi nihil dulce eēt martyribꝰ:
tantas tribulationū amaritudines eq̄ ani-
mo ſuſtinerēt. Amaritudo eorū a quouis
ſentiebat: dulcedinē eorū nō facile quiſqꝫ
guſtare poterat. Nomē ergo dei iocundū
amantibus deum ſuper omnes iocūdita-
tes. Expectabo nomē tuū: quia iocundū
eſt. Et cui probas qꝛ iocūdū eſt? Da mihi
palatū cui iocundū eſt. Lauda deum quā-
tū potes: ⁊ exaggera dulcedinē eius quibꝰ
valueris verbis. Homo neſciens quid ſit
mel: niſi guſtauerit q̄d dicas neſcit. Ideo
magis ad experimendū inuitās pſalmꝰ q̄d
ait: Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt
dominus. Guſtare non vis: ⁊ dicis iocun-
dū ē. Quid iocundū eſt? Si guſtaſti in fru-
ctu tuo inueniat: nō in ſolis vocibus tāqꝫ
tantūmō in folijs: ne maledicto dñi areſce-
re tanqꝫ illa ficulnea merearis. Guſtate in-
quit ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Guſtate
⁊ videte: tūc videbitis ſi guſtaueritis. Ho-
mini aūt nō guſtanti: vñ ꝓbas? Laudādo
iocunditatē nominis dei quātocūqꝫ dixe-
ris verba ſūt. Aliud eſt guſtꝰ. Verba lau-
dis eius audiūt ⁊ impij. Nō aūt guſtāt ꝙ
iocundū eſt niſi ſancti. Proinde iſte ſenti-
ens dulcedinē nōis dei: ⁊ volēs explicare
⁊ volēs oſtēdere: nec inueniēs: quibꝰ etenī
ſanctis nō opus eſt vt tu oſtendas: qꝛ ipſi
guſtant ⁊ norūt: impij ſentire nō poſſunt
qꝛ guſtare nolūt. Quid ergo facit de iocū-
ditate nōis dei? Tulit ſe cōtinuo a turbis
impiorū. Expectabo inquit nomē tuū: qꝛ
iocūdū eſt. **In ꝯſpectu ſanctoꝝ tuo-
rū.** Iocūdū eſt nomē tuū: ſ; nō in ꝯſpectu
impiorum. Ego ſcio ꝙ dulcis ſit: ſed his
qui guſtauerūt.

¶ Explicit Tract. de pſ̄. LI.
Incipit Tract. de pſ̄. LII.
Prefatio

PSalmū iſtū vobiſcū tractādū q̄n-
tū dñs ſuggerit ſuſcipimꝰ. Iubete
fres vt velimꝰ: ⁊ orate vt poſſimꝰ.
Si q̄d feſtinatiōe forte ꝑtermiſero: iplebit
in vobis qui ⁊ nobis dare dignatur quod
dicere potuerimus.

¶ Titulus eius eſt ¶ **In finē ꝓ Ama-
lech intellectꝰ ipſi Dauid.**

PRo Amalech ſicut in h. breoꝝ inter-
ꝑtationibꝰ nōim iuenimꝰ: videt dicē
ꝓ parturiēte ſiue dolēte. Quis aūt in hoc
ſclo ꝑturiat ⁊ doleat: agnoſcunt fideles: qꝛ
inde ſūt. Chriſtꝰ hic ꝑturit: chriſtꝰ h̄ dolet:
caput eſt ſurſū: mēbra deorſū. Neqꝫ eñ nō
ꝑturiēs nec dolens: dicēt: Saule ſaule q̄d
me ꝑſequeris? Quo ꝑſequēte ꝑturiebat: eū
cōuerſum parturire fecit. Namqꝫ ⁊ ipſe po-
ſtea illuminatus eſt: ⁊ illis qui ꝑſeq̄bantur
mēbris inſertus: eadē caritate pregnās di-
cebat: Filioli mei quos iterū parturio do-
nec chriſtus formet in vobis. Pro mēbris
igit chriſti: pro corpore eius quod ē eccle-

ſia: ꝑ vno ipſo homine: id eſt: ꝓ ipſa vni-
tate cuiꝰ caput ſurſum eſt: pſalmꝰ iſte can-
tatur. Gemit aūt ⁊ parturit: ⁊ dolet iſte ho
mo. Quare ⁊ inter quos: niſi qꝛ accepit et
cognobit a capite ſuo dicēte: Abundabit
iniquitas ⁊ refrigeſcet caritas multoꝝ: Si
aūt abundauit iniquitas ⁊ refrigeſcet cari
taſ multoꝝ: quis remanebit qui parturiat:
Sequitur: Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſaluus erit. Unde eſſet magnū perſeue
rare: niſi inter moleſtias ⁊ temptationes ⁊
turbationes ⁊ ſcandala eſſet pſeuerandū.
Nemo enī iubetur bona tolerare: ſed pro
iſto quia dicit: ⁊ ꝓ iſto quia cantatur vide
amus quid ſit. Pro iſto increpant hic ho-
mines: inter quos gemitur: inter quos do
let: ⁊ cōſolatio dolentis ⁊ pturiētis in pſal
mi fine depromit ⁊ exprimit. Qui ſunt er-
go inter quos pturimꝰ ⁊ gemimus: Si in
corpore chriſti ſumꝰ: ſi ſub illo capite viui-
mus: ſi in mēbris eiꝰ deputamur: qui ſunt
audi.

Alia lra. † inſipiens.

¶ Expoſitio pſalmi.

Dixit† imprudēs ī corde ſuo:
nō eſt deus. Tale genus eſt ho
minū īter quos dolet ⁊ gemit cor
pus chriſti. Si tale hoc hominū genus eſt:
nō multos parturimꝰ: quantū videt occur
rere cogitationibꝰ noſtris perpauci ſunt.
Et difficile eſt vt incurramꝰ in hominē qui
dicat in corde ſuo: nō eſt deꝰ: tamē ſic pau
ci ſunt: vt inter multos timendo hoc dice-
re: in corde ſuo dicāt: qꝛ ore dicere nō au-
dent. Nō ergo multū eſt qḋ iubemur tole-
rare: vix inuenitur: rarū hoim genus eſt: q̇
dicant in corde ſuo: nō eſt deus. An vero
alio intellectu diſcuſſuꝫ inuenit eſſe in plu
ribꝰ: qḋ in paucis ⁊ raris ⁊ pene in nullis
eſſe putabamꝰ. Prodeāt in mediū q̇ male
viuūt: inſpiciamꝰ facta flagitioſoruꝫ: faci-
noroſorū ſceleratorūqꝫ hominū: quoꝝ ma
gna turba ē qui fouent q̄tidie peccata ſua:
qui factis in conſuetudinē verſis etiā vere
cundiā ꝑdiderunt. Hec tanta hoim multi
tudo eſt: vt iter eos poſitū corpus chriſti:
vix audeat repħendere: quod nō cogitur
amittere: ⁊ ꝓ magno ſibi putet ſeruari inte
gritatē innocentie: ne faciat qḋ culpare iā
per cōſuetudinē: aut nō audeat: aut ſi au-
ſus fuerit facilꝰ erūpat repħenſio ⁊ recla-
matio eorū qui male viuunt: q̄ꝫ vox libera
eoꝝ q̇ bn̄ viuūt. Et iſti tales ſūt: vt dicāt in
corde ſuo: nō eſt deꝰ. Tales cōuinco. Un
de conuinco: Facta ſua deo placere arbi-
trantur. Nō aliqui ergo ait: dicunt. ſed di
xit imprudens in corde ſuo: non eſt deus.
Qui vſqꝫ adeo credūt eſſe deum: vt eidem
deo arbitrantur placere qḋ faciunt: atqꝫ ſi
intelligas prudens: quia imprudens dixit
in corde ſuo: nō eſt deus: ſi aduertas: ſi in-
telligas: ſi diſcutias: qui putat deo placere
facta mala: nō eum putat deū. Si enī deus
eſt: iuſtus eſt. ſi iuſtus eſt: diſplicet ei iniu-
ſticia: diſplicet iniquitas. Tu aūt cum pu
tas ei placere iniquitatē: negas deū. Si au
tem deus eſt cui diſplicet iniq̇tas: tibi au-
tem non videtur deus cui diſplicet iniqui
tas. Nō eſt autē deus: niſi cui diſplicet ini
quitas: cū dicis in corde tuo: fauet iniqui-
tatibꝰ meis deꝰ: nihil aliud dic q̄ꝫ nō eſt de
us. Referamus nos ad illū intellectū: qui
⁊ de ipſo chriſto dn̄o noſtro de ipſo capite
noſtro occurrit. Ipſe enī cum in forma ſer
ui appareret in terra: dixerūt qui eū crucifi
xerūt: nō eſt deus. Quia filiꝰ dei erat vtiqꝫ
deꝰ erat. Sed illi qui corrupti ſūt ⁊ abomi-
nabiles facti ſunt: q̇d dixerūt: Nō eſt deꝰ:
occidamus eum: nō eſt deus. Habes vo-
cem ipſorum in libro ſapientie: ſed ꝑmo il-
los vide corruptos: vt poſſint dicere ī cor
de ſuo: non eſt deus. Premiſſo enī verſu
dixit imprudēs in corde ſuo: nō eſt deus:
tanqꝫ cauſe quererētur: vn̄ hoc poſſet dice
re imprudēs ſubiecit. ¶ Corrupti ſunt
⁊ abominabiles facti ſunt in iniq-
tatibꝰ† ſuis. Audi illos corruptos. Di-
xerūt enī apud ſe nō recte cogitantes. Ce-
pit corruptio a mala fide: inde itur in tur-
pes mores: inde in acerrimaſ iniquitates.
Gradus iſti ſunt. Quid enim apud ſe di-
xerunt cogitantes non recte: Exiguum et
cū tedio eſt vita noſtra. Ab hac mala fide
ſequit illud qḋ ⁊ Apoſtolus dixit: Mādu
cemus ⁊ bibamꝰ: cras enī moriemur. Ibi
autē latius luxuria ipſa deſcribit: Corone
mus nos roſis anteq̄ꝫ marceſcāt: vbiqꝫ re
linq̄mus ſigna leticie nr̄e. Pꝰ iſtaꝫ deſcptā
latiꝰ luxuriā: quid ſequit: Occidamꝰ pau
perē iuſtū. Hoc eſt ḡ dicere: nō eſt deꝰ. Le
nia videbāt iā dudū loq̇: Coronemꝰ nos
roſis anteq̄ꝫ marceſcāt. Quid delicatiꝰ: q̇d
leniꝰ: Sperares ꝺ hac lenitate cruces: gla
dios: Noli mirari lenes ſunt ⁊ radices ſpi
narū. Si quis eas cōtrectat nō pungitur:
ſed quo pungeris inde naſcit. Corrupti ḡ
ſunt iſti ⁊ abominabiles facti ſunt in ini-
quitatibꝰ ſuis. Dixit in corde ſuo: nō ē de-
us. Si filꝰ dei eſt: deſcēdat de cruce. Ecce

Alia lra.' † nō habet.

aperte dicere nõ ẽ de⁹. Sed quõ inter illos
gemit corpus chriſti: Gemuerũt iter illos
qui tunc fuerunt apoſtoli: diſcipuli chriſti.
Ad nos iſti quid ptinent: Quõ inter hos
ꝛ nos parturimus: Adhuc ſũt q̃ dicãt chri-
ſtus nõ eſt deus. Hoc dicunt pagani qui
remanſerũt: hoc dicũt ipſi iudei qui ad te-
ſtimoniũ cõfuſionis ſue vbiqꜫ diffuſi ſunt:
hoc dicũt ꝛ heretici multi. Nanqꜫ arriani
dixerũt non eſt de⁹. Eunomiani dixerunt
nõ eſt de⁹. Huc accidit fratres: qꝛ ꝛ illi de
quib⁹ pauloante dixi: qui male viuũt nihil
aliud dicũt. Cũ em̃ dicimus eis chriſtum
venturũ ad iudiciũ: quod dicunt ſcriptu-
re que nõ fallunt. Illi aũt magis aurẽ pre-
bẽtes ſerpẽti ſuggerẽti: nõ morte morier̃:
qð dixerat in paradiſo: cõtra veritatez dei
cõſtituentis ꝛ dicẽtis: morte morier̃: ita fa
ciũt mala vt dicãt ſibi: veniet chriſt⁹ ꝛ da-
bit indulgentiã omnib⁹. Ita ergo mendax
eſt: Ipſe dixit: qꝛ ſeparabit iniquos ad ſini
ſtrã: ſepabit iuſtos ad dexterã. Juſtis dice
tur: Venite benedicti patris mei: pcipite
regnũ qð paratũ eſt vobis ab origine mũ-
di. Iniquis dicetur: Ite ĩ ignẽ eternũ qui
paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius. Quõ
ergo omnib⁹ dabit indulgentiã: Quõ ne-
minẽ damnabit: Ergo mentit̃. Hoc eſt di-
cere: nõ eſt de⁹. Vide ergo ne forte tu men
tiaris. Tu em̃ hõ es: ille de⁹. Deus em̃ ve
rax. Õis aũt homo mẽdax. Sed quid de
de iſtis o corpus chriſti: Separa em̃ te in-
terim corde ꝛ vita: nec imiteris: nec aſſue-
ſcas: nec ãnuas: nec approbes. Magis au
tẽ ꝛ redargue. Quid em̃ attendis ad iſtos
qui hec dicũt: Corrupti ſunt: ꝛ abomina-
biles facti ſũt ĩ iniquitatib⁹ ſuis. **Nõ eſt
q̃ faciat bonũ: †nõ eſt vſqꜫ ad vnũ.**

Alia lr̃a.
† nõ habet.
† Deus.
† videat.

**†Dominus de celo pſpexit ſup
filios hominũ: vt† videret ſi eſt in-
telligens aut requirens deũ.** Quid
eſt hoc: Corrupti ſũt ꝛ abominabiles facti
ſũt: Iſti oẽs qui dicũt: nõ eſt de⁹. Et q̃d ħ
latebat deũ tales eſſe factos: At vero nob̃
eorũ interior cogitatio aperiret̃: niſi ab illo
diceret̃: Si g̃ nouerat: ſi ſciebat quid ẽ qð
dictuz eſt: quod de celo pſpexit ſup filios
hominũ: vt videret ſi eſt intelligẽs aut req̃
rens deũ: Querẽtis em̃ verba ſunt: nõ ſci-
entis: de⁹ de celo pſpexit ſuper filios ho-
minũ: vt videret ſi eſt intelligẽs: aut requi-
rens deũ. Et tanqꜫ inueniret qð queſiuit in
ſpiciendo: ꝛ de celo pſpiciẽdo: dicit ſentẽ-
tiam. **Omnes declinauerũt ſimul
inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat
bonũ: nõ ẽ vſqꜫ ad vnũ.** Due queſti
ones oriuntur aliquãtulũ difficiles. Si. n.
reſpicit de celo deus: vt videat ſi eſt intel-
ligens aut requirens deũ: ſubintrat cogi-
tatio imprudẽti: quia non omnia nouit de
us. Hec vna queſtio eſt. Que eſt altera:
Si nõ eſt qui faciat bonũ: non eſt vſqꜫ ad
vnũ: quis eſt ille qui parturit inter malos:
Illa ergo ſic ſolutur queſtio: qꝛ plerumqꜫ
ita loquitur ſcriptura: vt qð dono dei crea
tura facit: deus facere dicat̃: vt (verbi gra
tia) cũ miſereris pauperis: qꝛ dono dei fa-
cis: deus miſereatur. Cum cognoſcis qui
ſis: qꝛ illo allucẽte facis: ſi is es qui dicas:
Tu illuminabis lucernã meam dñe: deus
meus illumina tenebras meas: qð deo do
nante ꝛ faciente cognouer̃: ille cognoſcit.
Nam vñ eſt: temptat vos domin⁹ deus ve
ſter: vt ſciat ſi diligatis illũ: Quid eſt vt ſci
at: Vt dono ſuo ſcire vos faciat. Sic ergo
ꝛ hic deus de celo pſpexit ſup filios homi
nũ: vt videret ſi eſt intelligẽs: aut requirẽs
deũ. Aſſit ipſe ꝛ donet nob̃ vt qð cor nr̃m
fecit ɔcipere: faciat ꝛ parere. Aplus dicit:
Nos autẽ non ſpiritũ huius mundi acce-
pimus: ſed ſpiritũ qui ex deo eſt: vt ſciam⁹
que a deo donata ſũt nobis. Hoc ſpiritu g̃
quo cognoſcimus q̃ a deo donata ſũt no-
bis: diſcernim⁹ inter nos ꝛ eos q̃bus ħ do
nata nõ ſunt: ꝛ ex nobis illos cognoſcim⁹:
qꝛ ſi nos aliq̃d bonũ habere nõ potuiſſe in
telligimus: niſi illo donãte ꝛ largiẽte a quo
ſũt omnia bona: ſimul videmus nihil tale
poſſe habere eos quib⁹ hec de⁹ nõ dona-
uit. Iſta dinoſcẽtia nobis ex ſpũ dei ẽ: ꝛ eo
q̃ videm⁹ hoc: de⁹ videt: qꝛ id de⁹ videt vt
faciam⁹. Hinc. n. dictũ eſt ꝛ illð: Spũſ. n.
oĩa ſcrutat̃ etiã altitudinẽ dei: ñ qꝛ ille ſcru
tat̃ qui nouit oĩa: ſ; q̃ tibi donat⁹ ẽ ſpũs te
ſcrutari fac̃. Et qð dono ipſi⁹ tu fac̃: ille fa
cere dicit̃: qꝛ ſine illo nõ tu faceres. Ergo
deus facere dicit̃ cũ tu fac̃. De dono ſpũs
filiorũ quib⁹ datus eſt ſpũs dei reſpiciunt
ſup filios hoĩm: vt videat ſi eſt intelligens
aut requirens deũ. Sed quia id dono dei
ꝛ ſpũ dei faciunt: deus hoc facere dicit̃: ve
lut pſpicere ꝛ videre. Quare aũt de celo:
ſi hoc hoĩes faciũt: Quia dicit Apl's: No
ſtra aũt ɔuerſatio in celis eſt. Vñ em̃ hoc
facis vt videas: vnde proſpicis vt intelli-
gas: Nõne corde: Si corde hoc facis chri
ſtiane: vide ſi ſurſum cor habeas. Si ſurſũ
cor habes: de celo in terrã pſpic̃. Et qꝛ ħ

dono dei facis: de9 de celo ꝓſpicit ſuꝑ fili-
os hominuꝫ. Illa igitur queſtio ꝓ modulo
noſtro ſic ſoluta eſt. Quid eſt qđ ꝓſpicien
tes agnoſcimus? Quid eſt quod proſpici
ens deus agnoſcit? Quicquid hic donat
agnoſcit. Audi: qđ? Quia oēs declinaue-
rũt: ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt ꝗ faciat
bonũ: nõ ẽ vſqꝫ ad vnũ. Que igit̃ illa alia
queſtio ẽ: niſi quã pauloañ cõmemoraui.
Si nõ eſt qui faciat bonum: nõ eſt vſqꝫ ad
vnuꝫ: nemo reſtat qui gemat inter malos.
Expecta inqͭt dñm: noli cito ferre ſentẽtiã.
Donaui hoibus bñ facere: ſed ex me inqͭt:
non ex ſe. Ex ſe eñi mali ſũt. Filij hoim ſũt
qñ male faciũt: qñ bene filij dei. Hoc enim
facit deus ex filijs hoim filios dei: qꝛ ex fi-
lio dei fecit deus filium hois. Videte que
ſit illa ꝑticipatio: ꝓmiſſa eſt nobis ꝑticipa
tio diuinitatis. Mentit̃ qui ꝓmiſit: ſi nõ ẽ
prior factus ꝑticeps mortalitatis. Fili9. n.
dei ꝑticeps mortalitatis effect9 eſt: vt mor
talis hõ fiat ꝑticeps diuinitatis. Qui tibi
ꝓmiſit cõmunicandũ tecũ bonũ ſuũ: pri9
tecum cõmunicauit mala tua. Qui tibi ꝓ-
miſit diuinitatẽ oſtendit in te caritatẽ. Er-
go tolle qđ homines filij dei ſunt: remanet
qđ filij hominũ ſunt. Nõ eſt ꝗ faciat bonũ:
nõ ẽ vſqꝫ ad vnũ. Nõne ſciẽt oẽs ꝗ
operantur iniquitatẽ: qui deuorãt
†populũ meũ in cibo panis. Nõne
ſciẽt? Nõne illis oſtendit? Hic murare: loꝗ
re ex ꝑturiente ꝛ dolẽte. Pplus eñi tu9 de
uoratur in cibo panis. Eſt ḡ hic pplus dei
qui deuoretur? Certe nõ eſt ꝗ faciat bonũ:
nõ eſt vſqꝫ ad vnũ. Reſpondet̃ ex illa re-
gula. Sed iſte pplus qui deuorat̃: iſte po-
pulus qui patit̃ malos: iſte ꝗ gemit ꝛ partu
rit malos: iaꝫ ex filijs hominũ filij dei facti
ſunt: ideo deuoratur. Conſiliũ eñi inopis
confudiſtis: quoniã dñs ſpes ei9 eſt. Ple-
rumqꝫ enim vt deuoretur popul9 dei: hoc
ipſum in illo contẽnitur: quia populus dei
eſt. Rapiam inquit ꝛ expoliem: ſi chriſtia
nus eſt: quid mihi facturus eſt? Loquit̃ ꝓ
illo qui loquit̃ ꝓ parturiẽte: ꝛ minat̃ deuo
rantib9 dicẽs: Nõne ſcient omnes qui ope
rant̃ iniquitatẽ? Nã ꝛ ille qui videbat furẽ
ꝛ concurrebat cum eo: ꝛ cũ adulteris por-
tionẽ ſuam ponebat: ſedens aduerſus fra-
trem ſuũ detrahebat: ꝛ aduerſus filiũ ma-
tris ſue ponebat ſcandaluꝫ: dixit in corde
ſuo: non eſt deus. Ideo hoc illi dicit̃: Hec
feciſti ꝛ tacui. Suſpicat9 es iniquitateꝫ qđ
ero tui ſimilis: hoc eſt: nõ eſt deus: ſi ero ti-

Alia lra. †plebẽ. meã vt cibum.

bi ſimilis. Sed quid ſequit̃? Arguam te: et
ſtatuam te ante faciẽ tuã. Sed ꝛ hic arguã
te: ꝛ ſtatuam te ante faciẽ tuã. Nõ vis mo-
do noſſe vt diſpliceas: noſces vt plangas.
Nõ eñi demõſtratur9 eſt deus iniquis ini-
quitatem ſuã? Si nõ eſt demonſtraturus:
qui erunt qui dicturi ſunt: quid nobis pro
fuit ſuperbia: ꝛ diuitiaꝝ iactantia quid cõ
tulit nobis? Tunc ergo ſciẽt qui modo ſci-
re nolunt. Nõne ſcient omnes qui operan
tur iniquitatẽ: qui deuorãt populũ meum
ĩ cibo panis? Quid addidit ĩ cibo panis?
Tanqꝫ panẽ manducant populum meũ.
Cetera eñi que manducamus poſſumus
mõ illa: modo illa: nõ ſemper hoc olus: nõ
ſemper hanc carnẽ: nõ ſemper hec poma:
ſemper panẽ. Quid eſt ergo deuorant po
pulum meũ in cibo panis? Sine intermiſſi
one: ſine ceſſatione deuorant. Qui deuo-
rant populũ meũ in cibo panis? Deũ
non inuocauerũt: Conſolatur gemen-
tem: ꝛ maxime ex cõmemoratione: ne imi-
tando malos: qui plerũqꝫ ꝓſperantur de-
lectet fieri malus. Seruatur tibi qđ ꝓmiſ-
ſum eſt. ſpes illoꝝ ꝑſens eſt: tua futura eſt:
ſed illoruꝫ fluxa: tua certa. illorũ falſa: tua
vera. Illi eñi deũ nõ inuocauerũt. Nõne
quotidie tales rogant deũ? Nõ rogãt deũ.
Attẽdite ſi poſſum9 h̃ dicere aduiuãte ipo
deo. De9 gratis ſe vult coli: gratis ſe vult
diligi: hoc eſt caſte amari: nõ ꝓpterea illuꝫ
amari: qꝛ dat aliquid ꝑter ſe: ſed qꝛ dat ſe.
Qui ḡ iuocat deũ vt diues fiat: deũ nõ in
uocat: h̃ iuocat qđ ad ſe vult vẽire. Quid
eñi ẽ inuocare: niſi vocare in ſe? In ſe ḡ vo
care: h̃ dicit̃ inuocare. Nã cũ dicit̃: de9 da
mihi diuitias: nõ vis vt ipẽ de9 ad te veni
at: ſed vis vt diuitie veniãt ad te. Qđ vis
vt ad te veniat: h̃ inuocas. Si aũt deũ iuo
cares ipẽ ad te veniret: ipẽ eſſet diuitie tue.
Nunc aũt vis habere arcã plenã: ꝛ inanẽ
conſcientiã. Deus non implet domũ: ſed
pectus. Quid tibi proſunt exteriores diui
tie: ſi te interior premit egeſtas? Ergo iſti
qui propter ſecularia cõmoda: qui propt̃
terrena bona: qui propter vitam preſenteꝫ
ꝛ terrenam felicitatẽ inuocant deum: non
inuocant deũ. Propterea quid de illis ſe-
quitur? † Ibi timuerunt vbi nõ erat
timor. Nunquid enim timor eſt: ſi quis
perdat diuitias? Non eſt ibi timor: ꝛ ibi ti-
metur. Si quis autẽ perdat ſapientiã vere
timor eſt: ꝛ ibi nõ timetur. Audi: dinoſce:
tales intellige. Cõmendatur neſcio cui ſa-

Alia lra. † Illic trepidauerunt timore.

cellus:nõ vult reddere: ꝓ ſuo computat.
Nõ putabat poſſe repeti:iam ꝓ ſuo habe-
bat. Reddere detrectat: videat quod time
at amittere:⁊ quod nolit habere. In dubi
Agnoſcēda eſt vox ſancte ꝓphetie ex ipſo titulo pſalmi huiꝰ: Inſcribitur: In fine pſalmus Dauid cantici Hieremie ⁊ Ezechielis ex populo trāſmigratiōis cū inciperet exire. Res queādmodū geſta ſit apđ patres nr̄os ꝑ tēpe trāſmigratōis babylonie: nō omnibꝰ notū eſt: ſed his q̄ ſcripturas ſanctas diligēter aduertūt: vel audiēdo vel legendo. Captiuatꝰ eſt em̄ ꝑplus iſrl̄ ex ciuitate hierl̄m: ductꝰ ē in ſeruitutē babylonie. Prophetauit āt hieremias ſanctꝰ poſt ſeptuagita ānos reditū ꝑplm̄ đ captiuitate ⁊ inſtauraturū ciuitatē ipā hierl̄m: quā deuictā ab hoſtibꝰ plāxerat. Illo aūt tpe fuerūt ꝓphe ī illa captiuitate ꝑpli ꝯſtituti ī babylonia: inꞇ q̄s erat ſanctꝰ Ezechiel ꝓpha. Expectabat aūt ille ꝑplus donec impleretꝭ tpa ſeptuaginta annoꝝ ſm̄ ꝓphetiā Hieremie. Factū ē: cōpletis ſeptuagita annis reſtitutū ē templū qđ deiectū erat: ⁊ regreſſa eſt de captiuitate magna ps illiꝰ ꝑpli. Sed qm̄ dicꞇ aplꝰs: hec in figura cōtingebāt illis: ſcripta ſt aūt ꝓpter nos in q̄s finis ſeculoꝝ obuenit. Debemꝰ ⁊ nos noſſe ꝑꝰus captiuitatē noſtrā: deinde liberationē noſtrā: debemꝰ noſſe babyloniā in qua captiui ſumꝰ: et hierl̄m ad cuiꝰ reditū ſuſpiramꝰ. Iſte q̄ppe due ciuitates ſm̄ litterā reuera due ciuitates: ⁊ illa q̄dē hierl̄m mō a iudeis nō īcolitur. Poſt crucifixū em̄ dn̄m vindicatū ē in illos flagello magno: ⁊ eradicati ab eo loco: vbi impia libertate furioſi aduerſꝰ medicū inſanierāt. Diſpſi ſunt ꝑ oēs gentes ⁊

data eſt illa ꞇra chriſtianis: impletūq̄ ē qđ de his ꝑdixerat dn̄s: Propterea auferetꝭ a vobis regnū: ⁊ dabiꞇ genti faciēti iuſticiā. Cū aūt viderēt tūc multas turbas ire poſt dn̄m ꝑdicātē regnū celoꝝ ⁊ mirabilia facientē: dixerūt ꝑncipes illiꝰ ciuitatꝭ. Si dimiſerimꝰ eū: oēs ibūt pꝰ illū: ⁊ veniēt romani et tollēt nob̄ et locū et gentē. Ne locū ꝑderēt dn̄m occiderūt: et ideo ꝑdiderūt: q̄a occiderūt. Ciuitas ǵ illa quedā ꞇrena: cuiuſdā ciuitatis eterne in celis vmbrā gerebat. At vbi cepit illa q̄ ſignificabaꞇ euidētiꝰ ꝑdicari: vmbra q̄ ſignificabaꞇ deiecta ē: ꝓpterea ibi mō templū nō eſt: qđ fabricatū fuerat ī imagine futuri corꝑis dn̄i. Tenemꝰ lucē: vmbra trāſiuit: tn̄ adhuc ī q̄dā captiuitate ſumꝰ. Q̄ꝺiu ſumꝰ ait aplꝰs ī corꝑe ꝑegrinamur a dn̄o. Et vide nomīa duarū iſtaꝝ ciuitatū: babylon ⁊ hierl̄m. Babylon cōfuſio interꝑtaꞇ: hieruſalē viſio pacis. Intendite nūc ciuitatē cōfuſionis: vt intelligatis viſionē pacis: iſtā toleretꝭ: ad illā ſuſpiretꝭ. Vn̄ dinoſci poſſunt iſte due ciuitates? Nūquid poſſumꝰ eas modo ſepare ab inuicē? Permixte ſūt ⁊ ab ipſo exordio generis humani: ꝑmixte currūt vſq̄ ī finē ſeculi. Hieruſalē accepit exordiū ꝑ Abel: Babylō ꝑ Cayn. Edificia quippe vrbiū poſtea facta ſunt: illa hierl̄m ī terra hiebuzeoꝝ: naꝫ prio hiebꝰ dicebaꞇ: inde gens hiebuſeoꝝ eiecta ē: qñ ꝑplus dei liberatus de egypto: introductus eſt in terram ꝓmiſſionis. Babylon auteꝫ cōdita ī intimis ꝑſidis regionibꝰ que diuturno tpe caput extulit ſup ceteras gentes. Due ergo iſte vrbes certis tēporibus cōdite ſūt: vt manifeſtareꞇ figura duarum ciuitatū olim ceptarū: ⁊ vſq̄ in finem in iſto ſeculo māſurarū: ſed in fine ſeparandarum. Unde ergo poſſumus eas mō oſtēdere que ꝑmixte ſunt? Oſtēdet tūc dn̄s cū alios ponet ad dexterā: alios ad ſiniſtram. Hieruſalem ad dexteram erit: babylon ad ſiniſtram. Hieruſalē auditura eſt: Venite bn̄dicti pr̄is mei: ꝑcipite regnum qđ vobiſ paratū eſt ab origine mūdi. Babylon auditura ē: Ite in ignē eternū q̄ ꝑatus eſt diabolo ⁊ angelꝭ eiꝰ. Poſſumꝰ tn̄ ⁊ aliq̄d afferre quātū dn̄s donat: vnde diſtinguanꞇ piꝭ fideles etiā hoc tempore ciues hieruſalem a ciuibus babylonie. Duas iſtas ciuitates faciunt duo amores. Hieruſalem facit amor dei: babyloniam facit amor ſeculi. Interroget ergo ſe quiſq̄ quid amet: et inueniēt vnde ſit ciuis: et ſi ſe inuenerit ciueꝫ

babylonie: extirpet cupitatē: plantet cari-
tatē. Si aūt ſe īuenerit ciuē hierlm: toleret
captiuitatē: ſperet libertatē. Multi eñ ci-
ues ſancte matris hierlm cupiditatib⁹ ba-
bylonie corrupti tenebant: ⁊ ipa corrupti-
one cupiditatū tanq̄ ciues inde facti erāt
⁊ multi adhuc ita ſunt: ⁊ multi poſt nos in
hac terra futuri ita erūt: ſed nouit dñs con
ditor hieruſalē quos ciues eius p̄deſtiaue
rit: quos viderit adhuc ſub dñatu diaboli
redimēdos ſanguīe chriſti: nouit illos ipſe
anteq̄ ſe ipi nouerit. Sub hac ḡ figura cā-
tat̄ h̄ pſalm⁹: in cui⁹ titulo poſiti ſunt etiam
duo ꝓphe qui illo tpe ī captiuitate fuerūt:
Hieremias ⁊ Ezechiel: ⁊ cantāt q̄dā cū in-
ciperēt exire. Incipit exire q̄ īcipit amare.
Exeūt eñ multi latēter: ⁊ exeūtiū pedes ſt̄
cordiſ affect⁹. Exeūt āt d̄ babylōia. Quid
ē de babylonia? De cōfuſiōe. Quō exitur
de babylone: id eſt de cōfuſione? Qui prio
cōfuſi erant ſilibus cupiditatib⁹: incipiunt
caritate diſtingui. Iam diſtincti nō ſunt cō
fuſi: ⁊ ſi adhuc corpore ꝑmixti ſunt: deſide
rio tamē ſancto diſcernunt: ⁊ ꝓpter ꝑmixti-
onē corporalez nōdum exierūt: ꝓpter affe-
ctū cordis exire ceperunt. Iam ḡ audiam⁹
fratres: audiam⁹ ⁊ cantem⁹ ⁊ deſideremus
vñ ciues ſum⁹. Et q̄ gaudia cātant nobis?
Quō in nobis reformat̄ amor ciuitatis no
ſtre: q̄ diuturna ꝑegrinatione obliti fuera-
m⁹? Sed miſit inde ad nos eplas pr̄ nr̄: mi
niſtrauit nobis ſcripturas de⁹: quib⁹ eplis
fieret in nobis redeūdi deſideriū: q̄r ꝑegri-
nationē noſtrā diligēdo ad hoſtes faciem
poſueramus: ⁊ dorſum ad patriā. Quid ḡ
hic cantat̄?

## Expoſitio pſalmi.

**T**E decet hymnus de⁹ ī ſyon.
Patria illa eſt ſyon: ipa ē hierlm
q̄ ſyon: ⁊ hui⁹ nomīs interp̄tatōnē
noſſe debetis. Sicut hierlm interp̄tat̄ vi-
ſio pacis: ita ſyon ſpeculatio: id eſt viſio et
cōtemplatio. Neſcio qd̄ nobis magnū ſpe
ctaculū ꝓmittit̄: ⁊ hoc ipe deus ē qui cōdi
dit ciuitatē. Pulchra ⁊ decora ciuitas: q̄
pulchriorē habet ꝯditorē? Te decet hym-
nus deus inq̄t. Sed vbi? In ſyon: in baby
lone nō decet. Eteni q̄ſq̄ cū cepit īnouari
iam corde: in hierlm cantat: dicēte apoſto-
lo: Cōuerſatio nr̄a in celis eſt. In carne. n.
ambulātes inq̄t nō ſm carnē militam⁹. Iā
deſiderio ibi ſum⁹: iā ſpem in illā terraz q̄ſi
anchorā p̄miſimus: ne in iſto mari turbati
naufragarem⁹. Queādmodū ḡ de naui q̄ ī

anchoris ē recte dicim⁹ q̄ iā ī t̄ra ſit: adhuc
eñ fluctuat: ſed ī terra quodāmō educta ē
cōtra ventos: ⁊ cōtra tēpeſtates: ſic contra
tēptatiōes hui⁹ ꝑegrinatiōis nr̄e: ſpes nr̄a
fundata in illa ciuitate hierlm facit nos nō
abripi in ſaxa. Qui ergo ſm hāc ſpem can
tat: ibi cātat. Ergo dicat: Te decet hymn⁹
de⁹ ī ſyon. In ſyon: n̄ in babylone. Sz mō
ibi es adhuc ī babylone. Ibi inq̄t ſū. Ama
tor iſte ⁊ ciuis iſte ibi ſunt: ſed carne nō cor
de. Cū aūt duo quedā dixerim: q̄r ibi ſunt
carne non corde: vnde canto nō ibi. Non
enim carne canto: ſed corde. Carnem qui-
dem ſonantem audiunt ⁊ ciues babylonie:
cordis aūt ſonum audit conditor hierlm.
Vn̄ dicit Aplus exhortās ipſos ciues ad
amatoria quedā cātica ⁊ deſideria redeūdi
ad illā pulcherrimā ciuitatē viſionem pa-
cis: cantātes inq̄t ⁊ pſallētes in cordib⁹ ve-
ſtris dño. Quid eſt cātātes in cordib⁹ ve-
ſtris? Ne inde cātetis vnde eſtis in babylo
nia: ſ; inde cātate vnde ſurſū habitatis. Er
go te decet hymn⁹ deus in ſyon. In ſyon
te decet hymn⁹: nō in babylonia. Qui can
tāt ī babylonia ciues babylonie: etiā hym
nū dei nō decēter cātāt. Audi vocē ſcriptu
re: Nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.
Te decet hymnus deus in ſyon. **Et tibi
reddet̄ votū in hieruſalē.** Hic voue-
mus ⁊ bonū eſt vt ibi reddam⁹. Qui autez
hic vouēt ⁊ nō reddūt? Qui nō p̄ſeuerant
vſq̄ in finē in eo qd̄ vouerit. Vn̄ dicit ali⁹
pſalmus: Vouete et reddite dño deo vr̄o.
Et tibi reddet̄ votū in hierlm. Ibi eñ eri-
mus toti: id eſt integri in reſurrectiōe iuſto-
rū: ibi reddet̄ votū totū noſtrū: nō ſola ani
ma: ſed etiā ipa caro iam nō corruptibilis:
q̄r iā nō in babylonia: ſed etiā ī corp⁹ cele-
ſte immutatū. Qualis mutatio ꝓmittitur?
Omnes eñ reſurgem⁹ ait aplus: ſ; nō oēs
īmutabimur. Qui aūt īmutabunt̄: ipe di-
xit: In ictu oculi in nouiſſima tuba. Canet
eñ tuba et mortui reſurgēt incorrupti: id ē
integri: ⁊ nos īmutabimur. Qualis autem
erit illa mutatio? Sequit̄ ⁊ dic: Oportet. n.
corruptibile hoc induere incorruptionē: et
mortale hoc induere īmortalitatē. Cū aūt
corruptibile hoc induerit incorruptionez:
⁊ mortale hoc induerit īmortalitatē: tūc fi-
et ſermo q̄ ſcriptus ē: Abſorpta eſt mors ī
victoria. Vbi ē mors aculeus tu⁹? Modo
eñ inchoatis in nobis p̄mitiis mentis vr̄e
deſideram⁹ hieruſalē: multa ex carne cor-
ruptibili cōtendūt aduerſum nos: q̄ nō cō

tendēt cuꝫ fuerit mors abſorpta ĩ victoria.
Vincet pax ꝛ finiet bellū. Qñ autē vincet
pax: vincet ꝛ illa ciuitas q̄ dicit: viſio paci.
Nulla ḡ erit a morte cōtentio. Modo cuꝫ
morte quāta cōtendimꝰ: Inde ſunt eñ de-
lectatiōes carnales: que etiam nobis licite
multe ſuggerunt: quibꝰ nō cōſentientibꝰ: ſꝫ
tñ nō ꝯſentiēdo ꝯtendimꝰ. Prio ḡ ꝯcupi-
ſcentia carnis ſequentes duxit nos: poſtea
renitētes traxit nos: deinde accepta gratia
cepit nos: nec ducere: nec trahere: ſed ad-
huc cōtendere nobiſcū poſt cōtētionē erit
ꝛ victoria. Modo te ꝛ ſi oppugnat: nō ex-
pugnet: poſtea cū abſorpta fuerit mors ĩ vi-
ctoria ꝛ pugnare ceſſabit: Quid dictū eſt:
Nouiſſima inimica deſtruet mors. Reddā
votū meū. Quod votū: Quaſi holocau-
ſtum. Holocauſtū eñ tūc dicit: qñ totum
ignis aſſumit. Holocauſtū ſacrificiū ē: vbi
totū cōſumit. Holon eñ totū dicit: cauſis
incēſio. Holocauſtū totū incēſū. Arripiat
ergo nos ignis: ignis diuinꝰ in hierlm. In-
cipiamus ardere caritate donec totū mor-
tale ꝯſumat: ꝛ qđ ꝯ̄ nos fuit eat ĩ ſacrificiū
dño. Vñ alibi dr: Benigne fac dñe ĩ bona
volūtate tua ſyon vt edificēt muri hierlm.
Tūc acceptabis ſacrificium iuſticie obla-
tiones ꝛ holocauſta. Te decet hymnꝰ deꝰ
in ſyon: ꝛ tibi reddet votū in hierlm. Que-
rimus h̄ ne forte rex nobis ipiꝰ ciuitatis cō-
mendet dñs ꝛ ſaluator nr̄ Jeſus chriſtus.
Cantemꝰ ḡ donec ad euidentiora ꝑueniā-
mus. Poſſem eñ iā dicere ipm̄ eſſe cui di-
citur: Te decet hymnꝰ deus in ſyon: ꝛ tibi
reddet votū in hierlm: Sed ſi dicerē: mihi
potius q̄ꝫ ſcripture crederet: ꝛ ideo forte nō
mihi crederet. Audiamꝰ ſequētia. Ex-
audi: inquit: orationē meā: ad te oīs
caro veniet. Et habemus dñm dicentē:
datā tibi poteſtatē oīs carnis. Cepit ḡ ap-
parere iā rex ille cū diceret: Ad te oīs caro
veniet. Ad te inq̄t oīs caro veniet. Quare
ad illū oīs caro veniet: Quia carnē aſſum-
pſit: quo veniat oīs caro. Tulit inde ꝓmi-
tias ex vtero virginali. Aſſumptis primi-
tijs: cetera cōſequent vt holocauſtū com-
pleatur. Unde ḡ omnis caro: Oīs homo.
Et vnde oīs homo: Nūquid omnes credi-
turi ꝓnunciati ſunt in chriſtū: Nōne multi
impij q̄ etiā dānabunt: Nōne q̄tidie multi
non credentes in ſua infidelitate moriunt:
Scdm̄ quid ergo intelligimꝰ: ad te omnis
caro veniet: Omnis caro dixit: omnis ge-
neris caro. Ex omni genere carnis: veniet

ad te. Quid ē ex omni genere carnis: Nū-
quid venerūt pauperes: ꝛ nō venerūt diui-
tes: Nūquid venerūt hūiles: ꝛ nō venerūt
ſublimes: Nūquid venerūt docti: ꝛ nō ve-
nerūt indocti: Nūquid venerūt viri: ꝛ non
venerūt femie: Nūquid venerūt dñi: et nō
venerūt ſerui: Nūquid venerūt ſenes: ꝛ nō
venerūt iuuenes: Aut venerūt iuuenes: et
nō venerūt adoleſcētes: Aut venerūt ado-
leſcētes: ꝛ nō venerūt pueri: Aut venerūt
pueri: ꝛ non allati ſūt infantes: Poſtremo
nūquid venerūt iudei (nā inde erant apl̄i:
inde mlta milia ꝓmo tradentiū: poſtea cre-
dentiū) ꝛ nō venerūt greci: Aut venerunt
greci: ꝛ nō venerūt romani: Aut venerunt
romani: ꝛ nō venerūt barbari: Et q̄s nume-
ret oēs gentes veniētes ad eū: cui dictū ē:
Ad te oīs caro veniet. Exaudi orōnē meā — Alia lra.
ad te oīs caro veniet. †Sermones ini- — † Verba.
quoꝝ ꝓualuerūt ſup nos: ꝛ †impie- — † impietatibꝰ
tates noſtras tu ꝓpiciaberiſ. Quid — noſtris.
eſt ſermones iniquoꝝ ꝓualuerūt ſup nos ꝛ
impietatibus nr̄is tu ꝓpitiaberis: Qđ nati
ſumꝰ ĩ hac terra: iniquos inuenimꝰ: q̄s lo-
quētes audiuimꝰ. Si poſſim explicare qđ
ſentio: adiuuet me intētio caritatis veſtre.
Omnis homo vbicūq̄ꝫ naſcit: ipius terre
vel regionis vel ciuitatis linguaꝫ diſcit: il-
lius imbuit moribus ꝛ vita. Quid faceret
puer natus inter paganos: vt nō coleret la-
pidē: qñ illū cultū inſinuauerūt parentes:
Inde ꝓma verba audiuit: illū errorē cum
lacte ſuxit: Et qꝛ illi q̄ loquebant maiores
erāt: ꝛ puer qui loqui diſcebat infans erat:
vñ poterat paruulꝰ niſi maiorū auctoritatē
ſequi: ꝛ id ſibi bonū ducē qđ illi laudarēt:
Ergo gentes cōuerſe ad chriſtū: poſtea re-
cordātes impietates parētū ſuoꝝ: ꝛ dicen-
tes iā qđ dixit ꝓpħa ipe Hieremias: Vere
mēdaciū coluerūt patres nr̄i: vanitatē que
eis nō ꝓfuit. Cū ḡ iā h̄ dicūt renūciāt opi-
nionibꝰ ꝛ ſacrilegijs parētū ſuoꝝ iniquoꝝ.
Sed qꝛ vt inſererent talibꝰ opiniōibꝰ ꝛ ſa-
crilegijs: ꝑſuaſiones fecerūt eorū: q̄ quāto
etate ꝓcedebāt: tanto auctoritate ꝓcedere
debere putabant: cōfitet iam redire volēs
ad hierlm đ babylonia ꝛ dicit: Sermones
impioꝝ ꝓualuerūt aduerſus nos: duxerūt
nos mala docētes: Ciues babylonie nos fe-
cerūt: dimiſimꝰ creatorē: adorauimꝰ crea-
turā: dimiſimꝰ eū a quo facti ſumꝰ: adora-
uimus qđ ipi fecimus. Sermones eñ iniq̄-
rū ꝓualuerūt ſup nos: ſed nō tñ oppſſerūt
nos. Quare: Impietates nr̄as tu ꝓpitia-

beris. Intẽdat caritas veſtra: Propitiabe
ris impietates vr̃as nõ dr̃: niſi cuidã ſacer-
doti offerenti aliqd: vñ impietas expiet̃ et
ꝓpitiet̃. Impietas eñ tũc dicit̃ ꝓpitiari: cũ
ꝓpitius fit deus impietati. Quid ẽ fieri deũ
impietati ꝓpitiũ? Id eſt ignoſcẽtẽ: ⁊ veniã
dantẽ. Sed vt dei venia impetret̃: ꝓpitia-
tio fit p̱ aliqḋ ſacrificiũ. Extitit g̃ a deo dño
miſſus quidã ſacerdos nr̃: Aſſumpſit a no
bis qḋ offerret dño: ipas diximus ſanctas
p̱mitias carnis ex vtero v̓ginis. Hoc holo
cauſtũ obtulit deo: extẽdit man⁹ i cruce vt
diceret: Dirigat̃ oꝛo mea ſicut incẽſum in
cõſpectu tuo: eleuatio manuũ meaꝝ ſacri-
ficiũ veſp̱tinuꝫ. Sicut noſtis: qꝛ dñs circa
veſperã pepẽdit in cruce: ⁊ impietates nr̃e
ꝓpitiate ſũt: alioq̃n abſoꝛbuerãt nos. Ser-
mones iniquoꝝ p̃ualuerũt ſup̱ nos: duxe-
rant nos p̃dicatores iouis: ⁊ ſaturni: ⁊ mer
curij. Sermones iniquoꝝ p̃ualuerũt ſuper
nos. Sed q̇d facies? Impietates nr̃as tu
ꝓpitiaberi̇. Tu ſacerdos: tu victima: tu ob
latoꝛ: tu oblatio. Ipe ſacerdos ẽ q̇ nũc in-
greſſ⁹ i interioꝛa veli. ſol⁹ ibi ex his q̇ carnẽ
geſtauerũt interpellat ꝓ nobis. In cui⁹ rei
figura in illo p̱mo pp̱lo: ⁊ in illo p̱mo tẽplo:
vn⁹ ſacerdos intrabat i ſancta ſanctoꝝ: po-
pul⁹ oĩs foꝛis ſtabat. Et ille q̇ ſol⁹ ingredie
bat̃ i interioꝛa veli: offerebat ſacrificiũ pro
pp̱lo foꝛis ſtante. Si intelligat̃ bñ ſpũs vi-
uificat: ſi nõ intelligat̃ lr̃a occidit. Nõ cũ
legeret̃ ap̱lus audiſti: littera occidit: ſpirit⁹
aũt viuificat. Quid eñ ageret̃ in illo pp̱lo
iudei neſcierũt: ſed nec mõ ſciũt. De illis
quippe dictũ ẽ: Q̃diu legit̃ Moyſes: ve-
lamẽ ſupꝛa coꝛ eoꝝ poſitũ eſt. Ibi velamẽ
figura ẽ: ſed tollet̃ figura: ⁊ apparebit veri-
tas in eiſipis. Sed qñ tollet̃ velamẽ? Audi
ap̱lm: Cũ aũt trãſierit ad dñm: auferet̃ ve-
lamẽ. Dũ ergo nõ trãſeunt ad dñm: q̃diu
legũt Moyſen velamẽ habẽt ſup̱ coꝛ. Ad
hoc ſacramẽtũ fulgebat: tũc facies Moy-
ſi: ita vt nõ poſſent intẽdere filij iſrl̃ in faciẽ
eius. Audiſtis modo cũ legeret̃: ⁊ velamẽ
erat inter faciẽ Moyſi loquẽtis: ⁊ pp̱lm au
dientẽ v̓ba. Per velamẽ v̓ba audiebãt: fa
ciẽ nõ videbãt. Et q̇d ait ap̱lus: Ita vt nõ
poſſent intẽdere filij iſrl̃ in faciem Moyſi.
Nõ itẽdebãt inq̇t: vſq; i finẽ: Quid ẽ vſq;
in finẽ? Vſq; quo intelligerẽt chꝛiſtũ. Dicit
quippe ap̱lus: Finis eñ legis chꝛiſtus ad
iuſticiã omĩ credẽti. Et quidẽ ſplẽdoꝛ in fa
cie Moyſi: tanq̃ in facie carnali ⁊ moꝛta-
li. Nũquid diuturn⁹ aut etern⁹ eſſe poſſet?
Moꝛte. n. ſuccedẽte ꝑfecto auferet̃. Splẽ
doꝛ aũt glie beati dñi nr̃i Ieſu chꝛiſti ſem-
pitern⁹ ẽ. Sed illud figura erat tẽpoꝛalis.
Hoc aũt qḋ illa figura ſignificabat̃: legunt
itaq; ⁊ nõ intelligũt chꝛiſtũ: nõ p̱ducũt in-
tentionẽ vſq; i finẽ: qꝛ velũ oppoſitũ negat
eis aſpectum ſplẽdoꝛis interioꝛis. Et vide
ibi ſub velo chꝛiſtũ: Ait ipſe dñs nr̃ Ieſus
chꝛiſt⁹: Si crederetis Moyſi: crederetis ⁊
mihi. de me eñ ille ſcripſit: Propitiat̃ aũt
peccati̇ nr̃is ⁊ impietatib⁹: Per illud ſacri
ficiũ veſp̱tinũ trãſiuim⁹ ad dñm vt auferat̃
velamẽ: ꝓpterea ⁊ dño crucifixo velũ tẽpli
ſciſſuꝫ eſt. Exaudi oꝛoneꝫ meam: ad te oĩs
caro veniet. Sermones iniquoꝝ p̃ualuer̃t
ſup̱ nos: ⁊ impietates nr̃as tu ꝓpitiaberis.

**Beatus quẽ elegiſti ⁊ aſſumpſi-
ſti:** Quis ẽ electus ab eo: ⁊ aſſumptus ab
eo? Et aſſumpt⁹ ẽ aliq̇s electus a ſaluatoꝛe
dño nr̃o Ieſu chꝛiſto. An ipe ſ̓m carnẽ qḋ
homo eſt: electus ⁊ aſſumpt⁹ eſt? Ut tanq̃
verbo dei dicat̃: qḋ erat in p̱ncipio: ſic dicit
euãgeliſta: In p̱ncipio erat verbũ: ⁊ verbũ
erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ: qꝛ ipſe ẽ
fili⁹ dei: verbũ dei: de q̇ etiã dicit: Oĩa per
ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum ẽ nihil: vt
illi dicat̃: filio dei: qꝛ ipe ẽ ſacerdos noſter:
poſtea carne aſſumpta: Beat⁹ quẽ elegiſti
⁊ aſſumpſiſti: id eſt ille homo q̇ indut⁹ eſt q̇
cepit ex t̄pe: nat⁹ ex femĩa: templũ quodã-
modo illius q̇ ſemp̱ inetern̄ũ eſt: ⁊ inetern̄ũ
fuit. An poti⁹ ipe chꝛiſt⁹ aſſumpſit quẽdaꝫ
beatũ: ⁊ nõ dicit̃ ipe quẽ aſſũpſit q̃ſi in plu-
rali numero: ſed in ſingulari? Unũ eñ aſſu
mit: qꝛ vnitatẽ aſſumit: ſciſmata non aſſu-
mit: hereſes non aſſumit: multitudinẽ de ſe
fecerũt: nõ eſt vn⁹ q̇ aſſumit̃. Qui aũt ma-
nent in cõpage chꝛiſti: ⁊ membꝛa eius ſũt:
faciũt quodãmodo vnũ virum: de quo di-
cit ap̱lus: Donec occurram⁹ omnes i agni
tionẽ filij ei⁹ in virum ꝑfectum in menſurã
etatis plenitudinis chꝛiſti. Itaq; vnus vir
aſſumit̃ cui caput eſt chꝛiſtus: qꝛ caput vi-
ri chꝛiſt⁹ eſt. Ipe eſt ille beat⁹ vir q̇ nõ abijt
in ꝯſilio impioꝝ: ⁊ cetera q̃ ibi dicunt̃. Ipe
eſt q̇ aſſumit̃: nõ ẽ extra nos: in ipi⁹ mẽbꝛis
ſum⁹: ſub vno capite regimur: vno ſpũ oẽs
viuim⁹: vnã patriã oẽs deſideram⁹. Uide-
am⁹ g̃ qḋ ad chꝛiſtũ dicit̃: vtrũ ad nos p̱ti-
neat: ⁊ de nobis dicat̃. Interrogem⁹ ꝯſcias
nr̃as: amoꝛẽ illũ ꝑſcrutemur: ⁊ ſi adhuc par
uus ẽ: et mõ nat⁹ amoꝛ iſte: foꝛte eñ mõ in
aliq̃ germiauit: diligẽter extirpet iuxta ger-
minantes ſpinas: id eſt curas ſeculares: ne

creſcendo ſanctū germē offocent. Beatus
quē elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: in illo ſimꝰ ⁊ aſſu-
memr: in illo ſimꝰ ⁊ electi erimꝰ. Et q̄d no-
bis dabit? Inhabitabit: inq̄t: ī atrijs
tuis. Hierl'm illa ē cui cantāt qui incipiūt
exire de babylonia: Inhabitabit in atrijs
tuis. Replebimur ī bonis domꝰ
tue. Que ſūt bona domꝰ dei? Frēs ꝯſtitua
mus nobis aliquā domū diuitē: quātis bo
nis refecta ſit: q̄ꝫ copioſa ſit: vaſa q̄ꝫ multa
ibi aurea: ſ; ⁊ argētea: q̄ntū familie: quātū
iumētoꝝ ⁊ aīaliū: ipa deniq̄ꝫ domꝰ q̄ꝫ dele-
ctat picturis: marmore: laq̄aribꝰ: colūnis:
ſpacijs: cubilibꝰ: ⁊ deſiderāt talia: ſ; adhuc
ex cōfuſione babylonie. Amputa oīa iſta
deſideria o ciuis hierl'm: amputa ſi vis re-
dire: nō te delectet captiuitas. Sed iam ce
piſti exire: noli retro reſpicere: noli remanē
in via. Nō deſunt adhuc hoſtes q̄ tibi per-
ſuadeāt captiuitatē ⁊ ꝑegrinationē. Iā nō
p̄ualeāt ſup te ſermones iniquorū. Domū
dei deſidera: ⁊ bona eiꝰ domꝰ deſidera: ſed
noli talia q̄lia deſiderare ſoles vel in domo
tua: vel in domo vicini tui: vel in domo pa
troni tui: aliud quidē eſt bonū domus illiꝰ.
Quid opus eſt vt nos dicamus q̄ ſint bo-
na illiꝰ domꝰ? Ipē indicet q̄ cantat exiens
d̄ babylonia. Replebimur inq̄t ī bonis do
mus tue. Que ſunt bona iſta? Erexeramꝰ
fortaſſe coꝛ ad aurū: ad argentum: ⁊ cetera
p̄cioſa. Noli talia querere: iſta p̄munt non
leuant. Hic ḡ iam bona illa hieruſalē: bo-
na domus dn̄i: bona illa tēpli dn̄i medite-
mur: q̄ꝛ q̄ domus dn̄i: hoc ipm̄ templū dn̄i.

Alia lr̄a. †equitate.

Replebimur in bonis domꝰ tue. Sanctū
eſt templū tuū mirabile in †iuſticia.
Iſta ſūt bona domꝰ illiꝰ. Nō dixit: templū
ſanctū tuū mirabile in colūnis: mirabile in
marmoribꝰ: mirabile in tectis auratis: ſed
mirabile in iuſticia. Habes foris oclo̅s vn̄
videas marmora et aurū: intus eſt oculus
vnde videat̄ pulchritudo iuſticie. Si nul-
la eſt pulchritudo iuſticie: vn̄ amat̄ iuſtus
ſenex? Quid affert in corpe qđ oculos dele
ctet? Curua mēbra: frontē rugatā: caput ca
nis albatū: imbecillitatē vndiq̄ꝫ q̄relis ple
nā. Sed forte q̄ꝛ tuos oculos non delectat
ſenex iſte decrepitus: aures tuas delectat.
Quibꝰ vocibꝰ? Quo cātu? Et ſi forte ado-
leſcēs bn̄ cātauit: oīa cum etate defecerūt.
An forte ſonꝰ verboꝝ eiꝰ delectat aures tu
as: q̄ v̄ba vix plene nūciat lapſis dentibꝰ?
Tn̄ ſi iuſtus ē: ſi alienū nō cōcupiſcit: ſi de
ſuo qđ habet erogat indigentibus: ſi bene

monet ⁊ rectū ſapit: integrū credit: ſi ꝑatus
eſt ꝓ fide veritatis etiā ipa cōfracta mēbra
impēdere. Multi eni̅ martyres etiā ſenes:
vn̄ illū amamꝰ. Quid in eo bonū videmꝰ
ocul' carnis? Nihil. Quedā ḡ ē pulchritu-
do iuſticie quā videmꝰ oculo cordis: ⁊ ama
mꝰ: ⁊ exardeſcimꝰ. Q̄m multū dilexerūt ho-
mines in ipis martyribꝰ: cū eoꝝ mēbra be-
ſtie laniarēt. Nōne cū ſanguis fedaret oīa:
cū morſibꝰ beluinis viſcera funderent̄: nō
habebāt oculi niſi qđ horrerent? Quid ibi
erat qđ amaret̄: niſi q̄ꝛ erat ī illa feditate la-
niatoꝝ mēbroꝝ integra pulchritudo iuſti-
cie? Iſta ſunt bona domus dei: his te para
ſatiari. Sed vt inde ſatieris cū ꝑueneris: ſ;
te oportet eſurire ⁊ ſitire cū ꝑegrinaris: hoc
ſiti: hoc eſuri: q̄ꝛ ipa erunt bona dei. Audi
illū regē cui iſta dicunt̄: q̄ venit vt te redu-
cat: ⁊ ſe tibi fecit viā. Quid dicit? Beati q̄
eſuriūt et ſitiūt iuſticiā: q̄m̄ ipi ſaturabunt̄.
Sanctū templū tuū admirabile in iuſticia.
Et ipm̄ templū fratres nolite p̄ter vos co-
gitare. Amate iuſticiā ⁊ vos eſtis templū
dei. Exaudi nos deꝰ ſaluatoꝛ no-
ſter. Apparuit mō quē deū dicat. Salua-
toꝛ ꝓprie dn̄s Ieſus chriſtus: apparuit mō
aptius de quo dixerat: Ad te oīs caro ve-
niet. Exaudi nos deꝰ ſaluatoꝛ noſter. Ille
vnus vir q̄ aſſumit̄ ī templū dei ⁊ plures ſē
⁊ vnꝰ ē. Ex vniꝰ ꝑſona dixit: exaudi oꝛonē
meā: et q̄ꝛ ipē vnꝰ ex pluribꝰ cōſtat: mō ait:
Exaudi nos deꝰ ſaluatoꝛ noſter. Audi illū
iā aptius p̄dicari. Exaudi nos deus ſalua
toꝛ noſter. Spes omniū finiū terre ⁊
in mari longe. Ecce vn̄ dictū eſt: Ad te
oīs caro veniet. Undiq̄ꝫ venit̄. Spes oīm
finiū terre: non ſpes vniꝰ anguli: nō ſpes ſo
lius iudee: nō ſpes ſolius Africe: nō ſpes
Pānonie: nō ſpes oriētis aut occidētis: ſ;
ſpes omniū finiū t're: ⁊ ī mari longe. Ipoꝝ
finiū terre ⁊ in mari longe: et q̄ꝛ in mari ido
lōge. Mare eni̅ ī figura dicit̄ ſeculū ſ; ſal-
ſitate amarū: ꝓcellis turbulentū: vbi homi
nes cupiditatibꝰ ꝑuerſis ⁊ prauis: facti ſūt
velut piſces inuicē ſe deuorātes. Attēdite
mare malū: mare amarū: fluctibꝰ ſeuū: at-
tēdite qualibꝰ hominibꝰ plenū ſit. Quis op-
tat hereditatē: niſi morte alteriꝰ? Quis op-
tat lucrū: niſi damno alteriꝰ? Q̄m multi alio-
rū defectiōe: cupiūt ſublimari? Q̄m multi vt
emāt: optāt alios vendere res ſuas? Quō
ſeinuicē opprimunt: ⁊ q̄ poſſunt deuorant.
Et cū deuorauerit vnꝰ piſcis maioꝛ minoꝛē:
deuorat̄ ⁊ ipē a maiore. O piſcis male: pre-

dam vis de paruo: preda efficieris magno.
Quotidie iſta veniunt: ante nos ſunt: vi-
tem⁹ illa: horream⁹ illa. Non illa agamus
fratres: q꞉ ſpes ille finiū terre. Ille ſi nō eēt
ſpes ⁊ in mari longe: nō diceret diſcipulis
ſuis: Faciā vos piſcatores hominū. Iā in
mari capti ꝑ retia fidei: gaudeam⁹ nos ibi
natare adhuc infra retia: q̄a adhuc mare h̄
ſeuit ꝓcellis: ſed retia q̄ nos ceperūt ꝑdu-
cent̄ ad littus. Littus eſt finis maris. Ergo
ꝯuentio ī finē ſeculi: Interiꝫ infra ipa retia
fratres bn̄ viuam⁹: non retia rumpētes fo-
ris exeam⁹. Multi em̄ ruperūt retia ⁊ ſciſ-
mata fecerūt ⁊ foras exierunt: quia malos
piſces intra retia captos ſe nolle tolerare
dixerunt: ipſi mali facti ſunt potius: ꝙ̄ illi
quos ſe non potuiſſe tolerare dixerūt. Nā-
q꞉ illa retia ceperūt piſces et bonos et ma-
los. Dominus dicit: Simile eſt regnū ce-
lorum ſagene miſſe in mare: que cōgregat
ex omni genere: quā cum impleta eſſet edu-
cētes: ⁊ ſecus litt⁹ ſedētes elegerūt bonos ī
vaſa: malos aūt foras miſerūt. Sic erit in-
q̄t in ꝯſummatiōe ſeculi. Oñdit litt⁹: oñdit
finē maris. Exibūt angeli: ⁊ ſeꝑabunt ma-
los de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittent eos in cami
nū ignis: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Eia
ciues hierl̄m qui infra retia eſtis: et piſces
boni eſtis: tolerate malos: retia nolite rum-
pere: cū illis eſtis in mari: nō cū illis eritis ī
vaſis. Spes em̄ ille finiū terre: ipe ſpes eſt
⁊ in mari longe: longe q꞉ in mari. Pre- *Alia lra.*
parans montes in †fortitudine ſua: *† virtute tua.*
Nō in fortitudine illoꝝ. Preparauit enim
magnos p̄dicatores: ⁊ ipos appellauit mō-
tes: hūiles in ſe: excelſos in illo. Preparās
mōtes in fortitudine ſua. Quid dicit vnus
ex ipis mōtibus: Ipi ī nobiſmetipis reſpō-
ſū mortꝭ habuim⁹: vt nō fidētes ī nobiſmet
ipis ſimus: ſed in deo q̄ ſuſcitat mortuos.
Qui in ſe fidit: ⁊ in chriſto nō fidit: nō ē de
his mōtibus quos ille p̄parat in fortitudi-
ne ſua. Preparās mōtes ī fortitudine ſua. *Alia lra.*
†Circūcinctus in potētatu: Potēta- *† accinctus*
tū intelligo: circūcinct⁹ quid eſt: Chriſtuꝫ *potentia.*
quē in medio ponūt circūcinctū faciūt: id
eſt vndiq꞉ cinctū: habemus illū omnes cō
muniter: ideo ī medio ē. Circūcingim⁹ illū
oēs q̄ credim⁹ in illum: ⁊ q꞉ fides noſtra nō
de virib⁹ nr̄is: ſed de illi⁹ potētia eſt: iō cir-
cūcinctus in potentatu ſuo: nō nr̄a fortitu- *Alia lra.*
dine. Qui cōturbas †fundū maris. *† ꝓfundum.*
Fecit hoc: videt̄ quid fecerit: Parauit em̄
mōtes in fortitudine ſua: miſit illos p̄dica-
re. Circūcinct⁹ eſt a credētib⁹ in potētatu:
et motū eſt mare: cōmotū eſt ſeculū: ⁊ cepit
ꝑſequi ſanctos eius. Circūcinctus in potē
tatu: q̄ cōturbas fundū maris. Nō dixit: q̄
cōturbas mare: ſed fundū maris. Funduꝫ
maris ē cor impioꝝ. Sicut em̄ a fundo ve-
hemētius oīa mouent̄: ⁊ fund⁹ cōtinet oīa:
Sic quicq̄d ꝓceſſit ꝑ linguā: ꝑ man⁹: ꝑ po-
teſtates diuerſas: ad ꝑſecutionē eccleſie de
fundo ꝓceſſit. Si em̄ nō eſſet radix iniq̄ta-
tis in corde: nō illa oīa ꝓcederēt aduerſus
chriſtū. Fundū cōturbauit forte: vt et fun-
dum exhauriret. Nā in malis quibuſdā ex
hauſit mare a fundo: ⁊ poſuit mare deſertū.
Dicit illud alius pſalm⁹: Qui cōuertit ma
re in aridam. Omnes impij et pagani qui
crediderūt: mare erāt: terra facti ſūt: ſalſis
fluctib⁹ primo ſteriles: poſtea iuſticie fru-
ctu fecūdi. Qui cōturbas fundum maris.
Sonū fluctuū eius †quis ſufferet. *Alia lra.* *† nō habet.*
Quid ē quis ſufferet: Quis hō ſufferet ſo-
nū fluctuū maris: iuſſiōes ſublimitatū ſe-
culi: Sed vn̄ ſufferunt̄: Quia p̄parat mon
tes in fortitudine ſua. Qō ꝗ̃ dixit: quis ſuf
feret: hoc ait: Nosipi ꝑ nosipos ſufferre il-
las ꝑſecutōes nō poſſem⁹: niſi ille daret for
titudinē: Qui ꝯturbas fundū maris: ſonū
fluctuū eius q̄s ſufferet: Turbabunt̄
gentes: Primo turbabant̄: ſꝫ illi montes
pati ī fortitudine chriſti: nūquid turbati ſt̄:
Turbatū eſt mare: eluſum eſt ī mōtē: mare
fractū eſt: mōtes incōcuſſi manſerūt. Tur- *Alia lra.*
babunt̄ gentes. Et timebūt †oēs: Ecce *† nō habet.*
iā oēs timēt: antea q̄ turbati erāt: timēt iam
omnes. Nō timuerūt chriſtiani ⁊ timent̄ iā
chriſtiani. Oēs qui ꝑſequebant̄ mō timēt.
Suꝑauit. n. ille q̄ circūcinct⁹ ē in potētatu:
ſic ad illū venit oīs caro: vt ceteri paucita-
tē ipſaꝫ iam timeāt. Et timebūt oēs. Qui *Alia lra.*
ihabitāt †fines †terre: a ſignis tuis: *† terminos.* *† nō habet.*
Miracula em̄ fecerūt aplī: ⁊ iō oēs fines *Alia lra.*
terre timuerūt ⁊ crediderūt. Exitus †ma *† matutini.*
ne ⁊ veſpe delectabis. Id eſt delecta-
biles facis. Iā in iſta vita q̄d nobis ꝓmit-
tit̄: Exit⁹ mane ⁊ veſpe delectabis. Sūt exi
tus mane: ſūt exit⁹ veſpe. Mane ſignificat
ꝓſperitatē ſeculi: veſpe ſig̃t tribulationē ſe
culi. Intēdat caritas vr̄a. In vtroq꞉. n. tē-
ptat̄ aīa hūana. Et ꝓſpitate: ne corrūpat̄.
Et aduerſitate: ne frangat̄. Iō aūt mane
ꝓſperitatē ſignificat: q꞉ mane letū ē: trāſa-
cta velut triſticia noctis. Triſtes autē ſunt
tenebre veniēte veſpa: iō veniēte q̄ſi mū-
di veſpa: obtulit ſacrificiū veſꝑtinū. Nō ꝗ̃

timeat vnuſq̄ſq̄ veſpā: ne mane corrūpaṫ.
Ecce neſcio q̄s vt facias mali aliq̄d: ꝓmi-
ſit lucrū: mane eſt. Arridet tibi ampla pe-
cunia: mane tibi ſit. Noli corrūpi: ⁊ habe-
bis exitū mane. Si eñ habes exitū: nō ca-
pieris. Sic eſt eñ ꝓmiſſio lucri: quaſi eſca
ī muſcipula. Coartaris: ⁊ nō ē quo exeas:
caperis in muſcipula. Dedit aūt tibi exitū
dominꝰ deus tuus: ne lucro capiaris: cum
tibi dicit in corde: ego ſum diuitie tue: noli
attendere ꝙ mūdus ꝓmittit: ſed q̄d ꝓmit-
tit conditor mundi. Attende quod tibi ꝓ-
mittit deus facieīti iuſticiā: ⁊ ꝯtemne quod
tibi promittit homo: vt abducat a iuſticia.
Noli ḡ attēdere q̄d mūdꝰ ꝓmittit: ſ; q̄d cō-
ditor mūdi: ⁊ habebis exitū mane ꝑ domi-
ni verbū dicētis: Quid ꝓdeſt homini ſi to-
tum mundū lucreṫ: anime autē ſue detri-
mentū patiaṫ: Sed ille q̄ te promiſſo lucro
corrūpere: ⁊ ad iniquitatē adducere nō po-
tuit: minabaṫ penas: ⁊ ꝯuertet ſe ad inimi-
citias: ⁊ incipit tibi dicere: Si hoc nō fece-
ris: ego oſtendā: ego faciā: habebis me ini-
micū. Primo cum lucrū ꝓmittebat: mane
tibi erat: modo iā veſperaſcit: triſtis factus
es. Sed qui dedit tibi exitū mane: dabit et
veſpe. Quō cōtempſiſti mane ſeculi ex lu-
ce domini: ſic cōtemne ⁊ veſperā ex paſſio-
nibꝰ dn̄i: vt dicas aīe tue. Quid mihi am-
plius facturꝰ ē iſte: q̄ꝫ paſſus eſt ꝓ me dn̄s
meꝰ deꝰ: Ut teneā iuſticiā nō ꝯſentiam ad
iniquitatē: ſeuiat in carne: frangaṫ muſci-
pula: ⁊ volabo ad dominū meū qui mihi
ait: Nolite timere eos qui corpus occidūt
animā aūt nō poſſunt occidere. Et de ipſo
corpe ſecuritatē dedit dicens: Capillꝰ ca-
pitis veſtri nō periet: Magnifice h̄ poſuit
delectabis exitus mane et veſpere. Si eñ
nō te delectet ipe exitus: nō laborabis exi-
re inde. Mittis caput in lucrum ꝓmiſſū:
ſi non te delectet ꝓmiſſio ſaluatoris: et rur-
ſus cedis temptāti ⁊ terrenti: ſi non te dele-
ctet ille qui prior paſſus eſt: vt tibi exitū fa-
ceret. Exitꝰ mane ⁊ veſpe delectab. **Ui-
ſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eam.** Unde
inebriauit terrā: Calix tuus inebrians q̄ꝫ
preclarus. Uiſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eam:
miſiſti nubes tuas: pluerūt p̄dicatōes veri-
tatis: inebriata eſt terra. **Multiplicaſti** — Alia lr̄a.
†**ditare eam:** Unde multiplicaſti eam di- — †locupletare.
tare: †**Fluuiꝰ dei** †**repletꝰ ē** †**aqua:** — Alia lr̄a. †flumen. †repletū. †aquis.
Quid ē fluuiꝰ dei: Populꝰ dei. Primus
populus repletꝰ eſt: vnde cetera terra riga-
reṫ. Audi illum ꝓmittētē aquā: ſi quis ſitit
veniat ⁊ bibat: q̄ credit in me: flumia aque
viue de vētre eiꝰ fluent. Si flumia et vnus
fluuiꝰ: quia ꝓpter vnitatē multi vnū ſunt:
multe eccleſie et vna eccleſia: multi fideles
⁊ vna ſpōſa chriſti: ſic multa flumina ⁊ vnꝰ
fluuiꝰ. Crediderūt multi iſraelite: ⁊ im ple-
ti ſunt ſpū ſancto: inde diffuſi ſunt ꝑ gentes
ceperūt p̄dicare veritatē: et de fluuio dei q̄
impletꝰ eſt aqua irrigata ē tota terra. **Pa-** — Alia lr̄a.
**raſti cibū illorū** †**q̄z ita eſt p̄paratio** — †quoniā.
†**tua.** Non q̄z te ꝓmeruerūt quibꝰ peccata — †eius.
donaſti merita illorū mala erāt: ſed tu ꝓpter
miſericordiā tuā: q̄z in te eſt p̄paratio tua: — Alia lr̄a.
ita p̄paraſti cibum illorū. †**Sulcos eiꝰ** — †Riuos.
**inebria.** Fiāt ergo primo ſulci qui inebri-
enṫ: duricia pectoris noſtri aperiaṫ: vome-
re ſermōis dei. Sulcos eiꝰ inebria. **Mul-** — Alia lr̄a.
**tiplica** †**generatiōes eius.** Uidemus — †genimina.
credunt: et ex credentibꝰ alij credunt: et ex
illis alij credunt: ⁊ non ſufficit vni homini:
vt factus ipe fidelis vnū lucreṫ. Sic multi-
plicaṫ ⁊ ſemē: pauca grana mittunṫ ⁊ ſege-
tes exurgūt. Sulcos eius inebria: multipli- — Alia lr̄a.
ca generatiōes eiꝰ. **In ſtillicidijs** †**ſuis** — †eius.
**letabiṫ** †**cū exorieṫ:** In ſtillicidijs ſuis — †germinās.
id eſt anteq̄ꝫ ſit forte idonea capacitate flu-
minis: cū exorieṫ i ſtillicidijs ſuis: id ē ſibi
cōgruis letabiṫ. Paruulis eñ adhuc ⁊ in-
firmis ſtillanṫ quedā de ſacramētis: q̄z nō
poſſunt capere plenitudinē veritatis. Au-
di quomō ſtillet paruulis dū exoriunṫ: id
eſt in recenti ortu: minus capacibꝰ apoſto-
lꝰ dicit: Nō potui vobis loqui q̄ſi ſpiritua-
libus: ſed quaſi carnalibuſ: quaſi paruulis
in chriſto. Cum dicit paruulos in chriſto:
iam dicit exortos: ſed nōdum idoneos ad
capiendā illā vberem ſapientiā de q̄ dicit:
Sapientiā loquimur inter ꝑfectos. Leteṫ
in ſtillicidijs ſuis: cum exorieṫ et augeṫ: ro-
boratur: capiet ⁊ ſapientiā: quomō infans
nutriṫ lacte ⁊ fit idoneus cibo: tamē primo
de ipo cibo cui minus idoneus erat illi lac
factum eſt. In ſtillicidijs ſuis letabiṫ cum — Alia lr̄a.
exorieṫ. **Benedices** †**coronā anni** — †corone.
**benignitatis tue:** Seminaṫ modo: cre-
ſcit q̄d ſeminaṫ: erit et meſſis: ⁊ modo ſuper
ſemē ſupſeminauit inimicus zizania: et ex-
orti ſunt mali inter bonos pſeudo chriſtia-
ni: ſimilem habentes herbam: ſed non pa-
rem fructum. Etenim zizania illa: ꝓprie di-
cunṫ que naſcunṫ in ſimilitudine frumen-
torum: ſicuti eſt lolium: ſicuti eſt auena et
cetera talia: que primā herbam prorſus ſi-
milem habent. Propterea de ſeminatione

zizanioꝝ hoc dixit domin⁹: Uenit inimic⁹
⁊ ſupſeminauit zizania. Cum aũt creuiſſet
herba ⁊ fructum feciſſet: tũc apparuerũt zi-
zania. Ergo venit inimicus ⁊ ſupſemiauit
zizania. Sed quid fecit tritico? Non oppri-
mitur zizanijs frumentũ: imo ꝑ tolerantiã
zizanioꝝ creſcit fructus frumentoꝝ. Ipſe
eñ domin⁹ dixit quibuſdam operarijs vo
lẽtib⁹ eradicare zizania: Sinite vtraqꝫ cre-
ſcere vſqꝫ ad meſſem: ne forte cũ vultis era
dicare zizania: eradicetis ſimul ⁊ frumen-
tũ: ſed in tꝑe meſſis dicam meſſorib⁹: Col-
ligite ꝑmũ zizania ⁊ alligate faſciculos ad
cõburendũ: frumentũ aũt recõdite in hor-
reũ. Ille eſt finis anni: meſſis ſeculi. Be-
nedices coronã anni benignitatis tue. Co
ronã vbi audis: gloria victorie ſignificat.
Uince diabolũ: ⁊ habebis coronã. Bene-
dices coronã anni benignitatis tue. Rur-
ſus cõmendat benignitatẽ dei: ne quiſqꝫ d
Alia lra. ſuis meritis glorie͛t: Et campi tui reple
t ſpecioſe. bunt vbertate. Pingueſcent fi-
nes deſerti: ⁊ colles exultatiõe acci
gent. Campi: colles: fines deſerti: idem.
Ipſi ſunt homĩes. Campi: ꝓpter equalita-
tem. Ergo ꝓpter equalitatẽ: inde dicti ſunt
cãpi populi iuſti. Colles: ꝓpter erectionẽ:
quia erigit in ſe deus eos q̃ ſe hũiliant. Fi-
nes deſerti: omnes gentes. Quare fines de
ſerti? Deſerti erãt: null⁹ ad eos ꝓpheta miſ-
ſus erat: Sic erãt illi quõ heremus: qua nõ
tranſit homo. Nullũ verbũ dei miſſuz erat
ad gentes. Soli populo iſrael ꝑdicauerũt
ꝓphete. Uentũ eſt ad dñm: crediderũt fru
menta in ipſo populo iudeoꝝ. Nã dixit tũc
diſciplis: Dicitis qꝛ longe eſt meſſis reſpi-
cite ⁊ videte: qꝛ albe ſunt regiones ad meſ-
ſem. Fuit ergo meſſis ꝑma: erit ſecũda ĩ vlti
mo ſeculo. Meſſis ꝑma de iudeis: qꝛ mit-
tebantur ad illos ꝓphete annũciantes ven
turum ſaluatorẽ. Ideo dixit diſciplis ſuis
domin⁹: Uidete quia albe ſunt regiões ad
meſſem: regiones vtiqꝫ iudee. Alij inqt la-
borauerunt: ⁊ vos in eoꝝ labores intraſt͛.
Laborauerũt ꝓphete vt ſeminarent: ⁊ vos
cum falce intraſtis ad alioꝝ labores. Fa-
cta eſt ergo prima meſſis: ⁊ inde de ipſo fru-
mento qð tunc purgatuz eſt: ſeminatus eſt
orbis terraꝝ: vt ſurgat alia meſſis que in fi
ne metenda eſt. In ſecũda meſſe ſupſemi-
nata ſunt zizania: modo hic laborat͛. Quo
modo in illa prima laborauerũt ꝓphe: quo
uſqꝫ veniret domin⁹: Sic in iſta ſecũda la-
borauerunt apoſtoli: ⁊ omnes ꝑdicatores

veritatis laborant: quouſqꝫ in finem domi-
nus mittat in meſſem angelos ſuos. Antea
ergo deſertum erat: ſed pingueſcent fines
deſerti. Ecce vbi ꝓphete nõ ſonuerũt: do-
minus ꝓphetaꝝ acceptus eſt. Pingueſcẽt
fines deſerti: ⁊ exultatiõe colles accingent.
¶ Induti ſunt arietes ouiũ: Subau
diendũ exultatione. Quia eñ exultatione
colles accingent: hac induũt arietes ouiũ.
Ipſi arietes: qui colles. Colles enim: emi-
nentiore gratia. Arietes: quia duces gre-
gum. Arietes ergo apoſtoli induti ſunt ex-
ultatõne: gaudent fructibus ſuis: non ſine
cauſa laborauerũt: nõ ſine cauſa ꝑdicaue-
runt. Induti ſunt arietes ouium. Et t cõ- Alia lra.
ualles abũdabunt frumẽto. Et hu- t valles.
miles populi multũ fructũ afferent. Cla-
mabunt. Inde abundabũt frumento: qꝛ
clamabũt. Quid clamabũt? Eteni hym
nũ dicẽt. Aliõ e͂. n. clamare aduerſ⁹ deũ:
aliud hymnũ dicere: aliud clamare ſacrile
giũ: aliud clamare laudes dei. Si clamas ĩ
blaſphemia: ſpinas ꝓtuliſti. Si clamas in
hymno: abũdas frumẽto.

¶ Explicit Tractatus de pſ͂. LXIIII.
Incipit Tractatus de pſ͂. LXV.

Inſcribit͛ in titulo pſalm⁹ iſte. In
finẽ: canticũ pſalmi reſurre-
ctionis. In finẽ cum auditis qñ
pſalmi ꝓnũciant͛: in chriſtũ intelligite: dicẽ
te apoſtolo: Finis eñ legis chriſtus ad iu-
ſticiã omĩ credẽti. Quõ ḡ hic cantet͛ reſur-
rectio: ⁊ cui⁹ reſurrectio: quãtũ ipſe aꝑire et
donare dignatur: audiet͛. Reſurrectionẽ
eñ chriſtiani nouimus in capite noſtro iaz
factã: ⁊ in membris futuram. Caput eccle-
ſie chriſtus e͂: mẽbra chriſti ecclĩa. Qð pre
ceſſit in capite: ſequet͛ in corꝑe. Hec e͂ ſpes
noſtra: ad hoc credimus: ad hoc duram⁹
⁊ ꝑſeueramus in tanta malignitate hui⁹ ſe-
culi: ꝯſolante nos ſpe: anteqꝫ ſpes fiat res.
Res eñ erit cũ ⁊ nos reſurrexerim⁹: ⁊ ĩ ce-
leſtẽ habitũ cõmutati equales angelis fa-
cti fuerimus. Quis hoc ſperare auderet:
niſi veritas ꝓmitteret? Hanc aũt ſpem ꝓ-
miſſam ſibi iudei tenebant: et de bonis: et
de quaſi iuſtis operibus: multum gloria-
bant͛ quod acceperãt legem ſꝫm quã viuẽ-
do: ⁊ hic haberẽt bona carnalia: ⁊ in reſur-
rectione mortuoꝝ talia ſperabant de qua-
lib⁹ hic gaudebãt: Propterea ſaduceis q̃
negabant futuram reſurrectionẽ: iudei re-
ſpondere nõ poterant ꝓponentibus que-
ſtionem quã dño ꝓpoſuerũt idem ſaducei.

Hinc eñ intelligimus eos hãc queſtionez ſoluere nõ potuiſſe: qꝛ dño ſoluente mirati ſunt. Proponebãt ḡ ſaducei queſtionẽ de quadã muliere que habuit ſeptẽ viros: nõ ſimul ſed ſuccedẽtes ſibi. Erat eñ hoc legꝭ ad ꝓlꝫm ꝓpagandũ: vt q̄ forte ſine liberis defungeret̄: frater eiꝰ ſi haberet: acciperet vxorẽ eiꝰ: ad reſuſcitanduz ſemẽ fratri ſuo. Propoſita ḡ illa muliere que habuit ſeptẽ viros omnes mortuos ſine liberis: et ad h̄ officiũ implendũ ducebãt fratris vxorem: dixerũt querẽteſ: in reſurrectiõe cuius eoꝝ erit vxor? Proculdubio iudei ñ fatigarẽt: nõ deficerẽt in iſta queſtiõe: ſi nõ talia ſibi ĩ reſurrectiõe ſparẽt: qualia agebãt ĩ hac vita. Dñs aũt equalitatẽ angeloꝝ ꝓmittens nõ hũanã carnis corruptionẽ ait illis: Erratis: neſciẽtes ſcripturas neq̄ virtutẽ dei. In reſurrectiõe eñ neq̄ nubent neq̄ vxores ducẽt: neq̄ eñ incipient mori: ſ; erunt equales angelis dei. Demonſtrauit ꝙ ibi ſit neceſſaria ſucceſſio: vbi dolet̄ deceſſio. Ibi qꝛ deceſſores ñ erũt nec ſucceſſores q̄rent̄. Ad hoc ſbiecit: nõ eñ incipiẽt mori. Verũtamẽ qꝛ iudei tenebãt: ⁊ ſi carnaliter ſpẽ reſurrectionis future: gauiſi ſunt rñſuz eſſe ſaduceis cũ quibꝰ illis erat de hac ancipiti ⁊ obſcura q̄ſtione certamẽ. Tenebãt ergo iudei ſpẽ reſurrectiõis mortuoꝝ: ⁊ ſoli ſe ad beatã vitã reſurrecturos putabãt ꝓpter opus legꝭ: ꝓpter iuſtificatiões ſcripturarũ quas habebãt ſoli iudei: et gentes nõ habebant. Crucifixus eſt chriſtꝰ cecitas ex ꝑte in iſrael facta eſt: vt plenitudo gentium intraret. Hoc apl̃o dicẽte: ⁊ cepit etiã gentibus ꝓmitti reſurrectio mortuorũ: credentibus in Ieſum chriſtũ q̄ð reſurrexit. Inde pſalmꝰ iſte ẽ aduerſum p̄ſumptionẽ ⁊ ſupbiã iudeoꝝ: ꝓ fide gentiũ ad eandẽ ſpẽ reſurrectiõis vocatarũ. Quodãmõ frẽs mei animũ pſalmi audiſtis ĩ hoc q̄ð dixi: ĩ hoc q̄ð ꝓpoſui: tota veſtra ſuſpendat̄ intentio. Hunc vos nulla cogitatio auertat: contra p̄ſumptionẽ dicit̄ iudeoꝝ: qui de iuſtificationibꝰ legis ſpabant ſibi reſurrectionez: et crucifixerũt chriſtũ q̄ primꝰ reſurrexit: non mẽbra reſurrectura ſolos iudeos habituros: ſ; oẽs qui in eũ crediſſent: id eſt oẽs gentes. Inde cepit.

Expoſitio pſalmi.

IUbilate deo: Qui: Omnis terra: Nõ ergo ſola iudea. Videte fratres queãdmodũ cõmendet̄ vniuerſitas eccl̃ie toto orbe diffuſe: ⁊ nõ ſolum dolete iudeos: qui gratiã iſtaꝫ gentibꝰ inuidebant: ſed plus hereticos plãgite. Si eñ dolendi ſũt qui collecti nõ ſunt: quãto ampliꝰ qui collecti diuiſi ſũt. Iubilate deo oĩs terra. Quid eſt iubilate? In vocẽ erũpite gaudiorũ: ſi nõ poteſtis verboꝝ. Non eñ verbis iubilat̄: ſed ſolus gaudentiũ ſonitus redditur quaſi ꝑturientis ⁊ parientis cordis leticiam in vocem rei cõcepte q̄ verbis explicari nõ poſſit. Iubilate deo omĩs terra. Nemo iubilet in ꝑte: nemo inq̄ iubilet in ꝑte: omnis terra iubilet: catholica iubilet: catholica totũ tenet. Quicũq̄ partẽ tenet ⁊ a toto p̄ciſus ẽ: vlulare vult nõ iubilare. Iubilate deo omĩs terra. †Pſallite †autẽ nomĩ eius. Quid dixit? Pſallẽtibus vobis: benedicat̄ nomẽ eius. Quid ſit aũt pſallere: heri dixi: ⁊ credo meminiſſe caritatẽ veſtrã. Pſallere: eſt organũ etiam aſſumere q̄ð pſalteriũ dicitur: et pulſu atq̄ ope manuũ vocibus cõcordare. Si ergo iubilatis q̄ð dñs audiat: pſallite etiã ꝙ homines videãt ⁊ audiant: ſed nõ ꝓpter nomen veſtrũ. Cauete eñ facere iuſticiã veſtrã corã homibꝰ: vt videami ab eis. Et ꝓpter cuiꝰ nomẽ inquies pſallã: vt nõ videant̄ ab homibus oꝑa mea? Attẽde alio loco. Luceant oꝑa v̄ra bona corã hominibus: vt videant bona facta veſtra: ⁊ glorificent patrẽ veſtrũ qui in celis eſt. Videãt bona facta veſtra: et glorificent nõ vos ſed deũ. Nam ſi ꝓpter vos glorificãdos facitis opera bona: reſpondet̄ q̄ð ip̄e dixit de quibuſdã talibꝰ: Amẽ dico vobis: ꝑceperũt mercedẽ ſuã. Et iteꝝ: Alioq̄n mercedẽ ñ habebitis apud patrẽ veſtrũ qui ĩ celis ẽ. Ergo inquies debeo abſcõdere oꝑa mea: ne faciã coram hominibus? Non. Sed quid ait? Luceant oꝑa veſtra corã homibꝰ. Anceps ḡ remanebo. Hac mihi dicis: Cauete facẽ iuſticiã veſtram corã homibꝰ: hac mihi dicis: Luceant oꝑa v̄ra corã homibꝰ: Quid obſeruabo? Quid faciã? Quid relinquã? Tã nõ poteſt homo ſeruire duobus dominis diuerſa iubentibus: q̄ nec vni diuerſa iubẽti. Non ait dñs: diuerſa iubeo. Finem attende: in finẽ canta: quo fine facias: vide. Si ideo facis vt tu glorificeris: h̄ ꝓhibui: ſi aũt ideo vt deus glorificet̄: hoc iuſſi. Pſallite ergo non nomini v̄ro: ſ; nomĩ dñi dei veſtri. Vos pſallite ille laudet̄: vos bñ viuite ille glorificetur. Vnde eñ habetis ipſum bene viuere? Si eternum haberetis: nunq̄ male vixiſſetis: ſi a vobis haberetis

Alia lr̃a.
†pſalmũ dicite
†nõ habet.

nunq̄ȝ bene vixiſſetis. Pſallite autē nomi
ei⁹ dicite. Date gloria laudi ei⁹. To-
tam intentōnē noſtrā in laudem dei mittit:
nihil nobis reliquit vnde laudemur. Glo-
riemur inde magis ꝛ gaudeamus: illi inhe
reamus: in illo laudemur. Audiſtis cum le
geretur Apoſtol⁹. Uidete vocationē ve-
ſtram fratres: quia nō multi ſapientes ſꝫm
carnem: nō multi potentes: non multi no-
biles: ſed ſtulta mūdi elegit deus: vt cōfun
dat ſapientes: ꝛ infirma mūdi elegit deus:
vt cōfundat fortia: et ignobilia mūdi ele-
git deus: et ea que nō ſunt tanq̄ȝ que ſunt:
vt ea que ſunt euacuent. Quid voluit di-
cere? Quid voluit oſtendē? Deſcendit do-
min⁹ noſter Jeſus chriſtus in ſpiritu repa-
re genus humanū: ꝛ dare gratiā ſuam om-
nibus intelligentib⁹: quia gratia illius non
ex meritis eorū: ꝛ ne quelibet pſona gloria
retur in carne infirmos elegit: nā inde non
eſt electus ille Nathanael etiā. Quid eniȝ
tibi videtur: vt publicanum in teloneo ſe-
dentem eligeret Mattheū: et non eligeret
Nathanael cui phibuit teſtioniū ipſe dn̄s
dicens: Ecce verus iſraelita in q̄ dolus nō
eſt. Intelligit ergo Nathanael iſte doctus
fuiſſe in lege: nō quia doctos nō erat electu
rus: ſed ſi ipos primo elegiſſet: doctrine ſue
merito ſe electos putarent: ita illorum ſci-
entia laudaret: ꝛ laus chriſti gratie minue-
retur. Perhibuit teſtimoniū tanq̄ȝ bono fi
deli in quo dolus nō erat: ſed tamē eum nō
aſſumpſit inter illos diſciplos quos primū
idiotas elegit. Et vnde intelligimus qđ ille
peritus erat legis? Quādo audiuit ab vno
ex eis qui ſecuti erant dominū dicentē: In
venimus meſſiaȝ: qđ interpretat chriſtus:
queſiuit vnde: et dictū eſt a Nazareth. Et
ille: a Nazareth poteſt aliq̄d boni eē. Pro-
culdubio qui intellexit: qꝛ a Nazareth pōt
aliquid boni eſſe peritus erat legis: ꝛ bene
pphetas inſpexerat. Noui eſſe in illi⁹ v̄bis
aliam pnunciationē: ſed a prudentiorib⁹
non eſt approbata: vt quaſi deſpaſſe vide-
retur: ille cum audiēs dixiſſet: a Nazareth
pōt aliq̄d boni eſſe: id eſt nūquid pōt? Sic
pnunciando quaſi deſparet. Sequit autē
ibi: Ueni ꝛ vide. Hec verba: id eſt veni et
vide vtrāq̄ȝ poſſunt pnūciationem ſequi:
Si dicat: quaſi nō credēs a Nazareth pōt
aliquid boni eſſe: Reſpōdet. Ueni ꝛ vide
qđ nō credis. Rurſus ſi dicas cōfirmās: a
nazareth aliq̄d boni eē. Rn̄det veni ꝛ vide
qđ credis q̄ȝ bonū ſit bonū qđ nūcio a Na
zareth: ꝛ q̄ȝ recte credas veni ꝛ expire. Hic
tamē eſtimatur doctus ille in lege fuiſſe: qꝛ
non eſt electus inter diſcipulos ab illo qui
ſtulta mundi prius elegit: cum tantū ei phi
buerit teſtimoniū dominus dicens: Ecce
vere iſraelita in quo dolus non eſt. Elegit
ergo dominus poſtea ꝛ oratores: ſed illi ſu-
perbirent ſi prius elegerit piſcatores. Ele-
git diuites: ſed dicerent merito diuitiarum
ſuarū ſe electos eſſe: niſi pmo elegiſſet pau-
peres. Elegit imperatores poſtea: ſed me-
li⁹ ē vt romā cum venerit imperator depo-
ſito diademate ploret ad memoriā piſcato
ris: q̄ȝ vt piſcator ploret ad memoriaȝ im-
patoris. Infirma eñ mūdi elegit de⁹: vt cō
fundat fortia: et ignobilia mundi elegit: et
ea que nō ſunt tanq̄ȝ ea que ſunt: vt ea que
ſunt euacuerent. Et quid ſequit? Conclu-
ſit apoſtol⁹: vt non gloriet coram deo om-
nis caro. Uidete quēadmoduȝ nobis ab-
ſtulit gloriā: vt daret gloriaȝ. Abſtulit no-
ſtram: vt daret ſuam. Abſtulit inanem: vt
daret plenā. Abſtulit nutantē: vt daret ſo-
lidam. Quāto ergo gloria noſtra fortior et
firmior: qꝛ in deo eſt. Non ergo in te debes
gloriari quod phibuit veritas: ſed qđ ait
apoſtol⁹ hoc pcepit veritas: qui gloriat in
domino gloriet. Date ergo gloriam laudi
eius: nolite imitari iudeos: qui quaſi meri-
tis ſuis volebant tribuere iuſtificatiōes ſu-
as: et inuidebant gentibus accedentibus
ad gratiā euāgelicā: vt peccata omnia do-
naret eis: quaſi illi non haberent qđ dona-
retur ſibi quaſi iam boni operarij mercedē
expectantes: ꝛ cuȝ adhuc egroti eſſent: ſa-
nos ſe eſſe putabant: inde piculoſius egro-
tabāt. Nā ſimul mitius egrotarent: nō q̄ſi
frenetici medicum occiderent. Date glo- Alia lra.
riam laudi eius. Dicite deo q̄ȝ †timē †terribilia.
da ſunt opera tua†: Quare timenda et †domine.
non amanda? Audi aliaȝ vocem Pſalmi.
Seruite domino in timore: et exultate ei cū
tremore. Quid ſibi hoc vult? Audi voceȝ
apoſtoli. Cum timore inquit ꝛ tremore ve-
ſtrā ipſoꝝ ſalutem opamini. Quare cuȝ ti-
more ꝛ tremore: ſubiecit cauſam: Deus eſt
eñ qui opatur in nobis ꝛ velle et pficere p
bona voluntate. Si ergo deus opat in te:
gr̄a dei oparis nō virib⁹ tuis. Ergo ſi gau-
des: ꝛ time: ne forte qđ datū ē hūili: aufe-
rat ſupbo. Nā vt noueritis h̄ eſſe factū de
ipa ſupbia iudeoꝝ q̄ſi ſe ex opib⁹ legꝭ iuſtifi
cātiū: ꝛ iō gaudētiū: dic ali⁹ ps̄. Hi i curri-
b⁹: ꝛ hi i eq̄s: q̄ſi in ſuis q̄buſdam paſſib⁹ et

inſtrumentis ad erectionē ſuam. Nos aūt
inquit in nomine domini dei noſtri magni/
ficabimur. Hi in currib⁹: ⁊ hi in equis: nos
aūt in nomine dn̄i dei noſtri magnificabi/
mur. Uide queadmodū illi extollebant in
ſe: vide queadmodū illi gloriabant in deo:
ꝓpterea quid ſecutū eſt: Illis obligati ſunt
pedes ⁊ ceciderūt: nos autē ſurreximus et
erecti ſum⁹. Audi ip̄m dominū noſtrū hoc
idem dicentē: Ego inqt veni: vt qui nō vi/
dent videant: ⁊ qui vident ceci fiant. Uide
ī vna pte bonitatē: in alia q̄ſi maliciā. Sed
q̄d meli⁹ illo: Quid miſericordi⁹: Quid iu
ſtius: Quare ḡ q̄ nō vidēt videant: Pro/
pter bonitatē. Quare ⁊ qui vident ceci fi/
ant: Propter elationē. Et vere videbant:
⁊ facti ſunt ceci: Nō videbāt: ſ; videre ſibi
videbant. Nā ecce videte fratres cum di/
cerent ipſi iudei nō ſumus ceci: ait illis do/
minus: Si ceci eſſetis: peccatū nō habere/
tis. Nō autē quia dicitis videmus: pecca
tū veſtrū in vobis manet. Ad medicū ve/
niſti: videre te dicis: ceſſabunt collīria: ſꝫ
cecus remanebis. Cōfitere te cecū: vt illu/
minari merearis. Attēde iudeos: attende
gentes qui nō vident: videant inqt: Ideo
veni vt qui vident ceci fiant. Ip̄m domi/
nū chriſtū in carne videbant iudei: gentes
nō videbant. Ecce qui viderunt crucifixe/
runt: qui nō viderūt crediderūt. Ergo q̄d
feciſti o chriſte: aduerſus ſupbos q̄d feciſti:
Uidem⁹ quia dignatus es et membra tua
ſumus: videmus abſcōdiſti deū: obieciſti
hominē. Quare hoc: Ut cecitas ex pte in
iſrael fieret: ⁊ plenitudo gentiū ītraret. Ad
hoc abſcōdiſti deū: ⁊ hoīem aſpectib⁹ ob/
ieciſti. Uidebant ⁊ nō videbāt. Uidebant
qđ acceperas: ⁊ non videbant quod eras.
Uidebant formā ſerui: nō videbāt formā
dei. Formā ſerui qua maior eſt pater: non
formā dei ꝓpter quā modo audiſtis: Ego
et pater vnū ſum⁹. Tenuerūt qđ videbāt:
crucifixerūt qđ videbant: inſultauerunt ei
quē videbant: nō agnouerunt qui latebat.
Audi ap̄lm dicentē: Si eñ cognouiſſent:
nunq̄ꝫ dominū glorie crucifixiſſent. Ergo
gentes que vocate eſtis attēdite ramos p̄/
ciſos ꝓpter ſeueritatē: vos autem inſertos
ꝓpter bonitatē ⁊ pticipes factos pinguedi
nis olee: nō altū ſapiētes: id eſt nō ſupbien
tes. Non eñ tu radicem portas: ait: ſed ra
dix te: magis terreamini: qꝛ videtis ampu/
tatos ramos naturales. Iudei eñ p patri/
archas venerūt: de carne Abrae nati ſunt.
Et quid ait apoſtol⁹: Sed dicis: fracti ſūt
rami vt ego inſerar. Bene ꝓpter infidelita
tem fracti ſunt: tu autē inquit fide ſtas: noli
altum ſapere: ſed time. Si enim naturalib⁹
ramis de⁹ nō pepcit: neq̄ꝫ tibi parcet. Attē
de ḡ ramos fractos: ⁊ te inſertū noli extolli
ſup ramos fractos: ſ; mag. dicite deo: q̄ꝫ me
tuēda ſūt opa tua. Frēs ſi aduerſ⁹ iudeos
olim p̄ciſos de radice patriarcharū extol/
lere nos nō debem⁹: ſed timere poti⁹ ⁊ dicē
deo: q̄ꝫ timēda ſunt opa tua: quāto minus
nos debem⁹ extollere aduerſus recētia vul
nera p̄ciſionū: Preciſi ſunt autē iudei de
ip̄a inſertōne: p̄ciſi ſunt heretici: ſed neq̄ꝫ ꝯ
illos nos extollere debemus: ne forte p̄cidi
mereamur q̄s delectat inſultare p̄ciſis. Fra
tres mei q̄liſcūq̄ꝫ ep̄i vox ſonuit vobis: ro/
gamus vos: vt caueatis quicūq̄ꝫ in eccl̄ia
eſtis: nolite inſultare eis qui nō ſunt intus:
ſed orate poti⁹: vt ⁊ ip̄i int⁹ ſint. Potēs eſt
eñ de⁹ iterū inſerere illos. De ip̄is iudeis
dixit h̄ ap̄lus: et factū eſt ī eis: Reſurrexit
dn̄[illegible] multi crediderūt: nō intellexerūt cū
crucifigerēt: tñ poſtea crediderūt ī eū: ⁊ do
natū eſt eis tam magnū delictū. Fuſus dn̄i
ſanguis donat⁹ ē homicidiſ: vt nō dicā dei/
cidis: qꝛ ſi cognouiſſent nunq̄ꝫ dn̄m glorie
crucifixiſſent. Nō homicidis donat⁹ ē: fu/
ſus ſanguis innocētis: ⁊ ip̄m ſanguinē quē
p inſaniā fuderūt: p gratiā biberūt. Dicite
ergo deo: q̄ꝫ timenda ſunt opa tua. Unde
timēda: Quia cecitas ex pte in iſrł facta ē:
vt plenitudo gentiū intraret. O gentiū ple
nitudo dic deo: q̄ꝫ timenda ſunt opa tua: ⁊
ſic gaude vt cōtremiſcas: noli extolli ſuper
ramos preciſos. Dicite deo: q̄ꝫ timenda
ſunt opa tua. In multitudine †poten
Alia lr̃a ſa. Aſcẽdiſti: inq̃t: in altũ† captiua
†cepiſti ſti captiuitate: accepiſti dona i ho-
minibus. Hoc apl's ſic cõmemorat: ſic
exponit de dño chriſto loquẽs. Unicuiq̃
aũt noſtrũ dat gratia ſm mẽſurã donatio-
nis chriſti: Propter qđ dicit: Aſcendit in
altum captiuauit captiuitatẽ: dedit dona
hoibus. Qđ aũt aſcẽdit qđ eſt niſi q2 ꝛ de
ſcendit in inferiores ptes terre? Qui deſcẽ
dit ipe eſt ꝛ q̃ aſcẽdit ſup omẽs celos vt ad
impleret oĩa. Chriſto g̃ ſine dubitatiõe di-
ctum eſt: Aſcẽdiſti in altũ: captiuaſti capti
uitatem: accepiſti dona in hoib⁹. Nec mo
ueat qđ apl's idem teſtimoniũ cõmemorãſ
nõ ait: accepit dona in hominibus: ſ; dedit
dona hoib⁹. Jlle q̃ppe auctoritate apoſto-
lica ſm hoc locutus eſt quod deus filius
cum patre dedit dona hominibus: mittẽs
eis ſpũmſanctum q̃ ſpiritus eſt pr̃is et fi-
lij. Scđm illud vo qđ idem ipe eſt chriſtuſ
in corpe ſuo intelligit qđ eſt eccl'ia: ppt qđ
ꝛ mẽbra eius ſunt ſancti ꝛ fideles ei⁹: vnde
eis dicit. Uos aũt eſtis corp⁹ chriſti ꝛ mẽ-
bra: pculdubio ꝛ ipe accepit dona in hoi-
bus. Chriſtus q̃ppe aſcẽdit in altũ: ꝛ ſedet
ad dexterã patris: ſed niſi ꝛ hic eſſ; in terr'
non inde clamaſſet: Saule ſaule q̃d me ꝑ-
ſequeris? Cum g̃ idem ipe dicat: qm̃ vni ex
minimis meis feciſtis mihi feciſtis: q̃d du-
bitamus eũ accipe in mẽbris ſuis que do-
na mẽbra eiuſ accipiũt? S; q̃d eſt captiua
ſti captiuitatẽ? Utrũ q2 vicit mortẽ que ca
ptiuos tenebat: in q̃b⁹ regnabat: an ipſos
hoies appellauit captiuitatẽ q̃ captiui ſub
diabolo tenebant? Cuius rei myſteriũ cõ-
tinet etiam titulus illi⁹ pſalmi qm̃ dom⁹ edi
ficabat poſt captiuitatez: id eſt eccl'ia poſt
gentilitatẽ. Jpos itaq̃ hoies q̃ captiui te-
nebant appellans captiuitatẽ: ſicut milicia
cũ dr̃i: telligũt q̃ militẽt: eãdez captiuitatẽ
a chriſto captiuataz dicit. Cur eni non ſit
captiuitas felix: ſi ꝛ ad bonũ hoies poſſũt
capi? Unde de Petro dictũ ẽ. Ex hoc iaz
hoies eris capiẽs. Captiuati g̃ q2 capti: et
capti q2 ſubiugati ſub lene illđ iugũ miſſi:
liberati a peccato cuius ſui erãt: ꝛ iuſticie
ſui facti cui⁹ liberi erãt. Unñ ꝛ ipe in illis ẽ:
qui dedit dona hoibus: ꝛ accepit dona in
hoibus. Jdeoq̃ in iſta captiuitate: in iſta
ſuitute: in iſto curru: ſub iſto iugo nõ ſunt
milia plorantiũ: ſ; milia letantiũ. Domin⁹
quippe in ill' in ſyna in ſancto. Cui ſenſui
ꝯgruit alia interptatio q̃ interptat ſyna mẽ
ſura. Nã ꝛ de his donis leticie ſpũal' apl's
loquẽs idẽ qđ ſup cõmemoraui. Unicui-
q̃ aũt inq̃t noſtrũ data eſt gratia ſm men-
ſuram donatiõis chriſti. Ac deinde ſequi-
tur qđ etiã h̃ ſequit: propter qđ dic. Aſcen
dit i altũ captiuauit captiuitatẽ: dedit do-
na hoibus. Quid h̃ ꝛ illa veritate concor
dius? Quid manifeſti⁹? S; qđ deinde ad
iungit. Eteni† q̃ nõ credũt inhabi Alia lr̃a
tare. Uel q nõnulli codices hñt. Eteni †non credẽtes
nõ credẽtes inhabitare. Nam q̃ ſunt
alij non credentes: niſi q̃ nõ credũt: de q̃-
bus dictũ ſit: nõ eſt facil' intellect⁹. Tanq̃
eni ratio redderet ſuperioꝝ v̉borũ cum di
ctum eſſet. Captiuaſti captiuitatẽ: accepi-
ſti dona in hoibuſ: ita ſubiunctũ eſt: Etenĩ
q̃ non credunt inhabitare: id eſt nõ creden
tes vt inhabitarẽt. Quid ẽ h̃? De q̃b⁹ h̃ di
cit? An illa captiuitas anq̃ trãſiret i bonã
captiuitatẽ: vñ fuerit mala captiuitas oſtẽ
dit? Non credẽdo eni poſſidebant ab ini-
mico q̃ opatur in filijs diffidẽtie: in q̃bus ꝛ
vos inquit fuiſtis aliqñ cũ viueretis in ill'.
Donis g̃ gratie ſue q̃ accepit dona i homi
nibus: captiuauit iſtã captiuitatẽ. Etenim
nõ credẽtes erãt vt inhabitarẽt. Nã fides
eos inde liberauit: vt iam credentes inha-
bitent in domo dei: facti ꝛ ipi domuſ dei: ꝛ
currus dei decẽ miliũ letantiũ. Unñ q̃ h̃ ca
nebat i ſpũ ea puidẽs iplet⁹ ipe etiã leticia
eructauit hymnũ dicẽs. Dñs de⁹ bñdict⁹.
Bñdictus dñs de⁹ de die i diẽ.
Qđ nõnll'i codices habent Die q̃tidie.
Q2 ſic habent greci ΗΜΕΡΑΝ ΚΑΘ ΗΜΕΡΑΝ
qđ verius expmeret die quotidie. Quam
puto locutionẽ hoc ſignificare qđ dictũ ẽ:
de die in diẽ. Quotidie q̃ppe h̃ agit vſq̃ i
finem: captiuat captiuitatẽ: accipiẽſ dona
in hominibus. Et qm̃ currũ illũ ducit vſq̃ i
finem: Sequit ꝛ dicit. Proſperum iter
faciet nobis deus† ſanitatu noſtra- Alia lr̃a †ſalutariũ nr̃orum
rũ. Deus noſter de⁹ ſaluos faci-
endi. Multum gratia cõmendat. Quis
eni ſaluus eſſet niſi ipe ſanaret? Sed ne oc
curreret cogitationi: cur g̃ morimur ſi per
eius gr̃am ſalui facti ſumus: cõtinuo ſbie-
cit. Et dñi dñi exitus mortis. Tanq̃

dicerет: Quid indignaris hũana cõditio
hr̃e te exitum mortis: et dñi tui exitus non
ali⁹ q̃3 mortis fuit: Poti⁹ ğ ↄſolare q̃3 indi
gnare: nam ⁊ dñi exitus mortis. Spe eni3
ſalui facti ſumus. Si aũt qđ nõ videmus
ſperamus: ꝑ patiam expectam⁹. Patiẽter
ergo etiã ipam mortẽ feramus illius exem
plo q̃ licet peccato nullo eſſet debitor mor
tis ⁊ dñs eſſet: a quo nemo aiam tolleret: ſ;
ipe ea3 a ſemetipo poneret: etiã ipi⁹ fuit ex
Alia lr̃a itus mortis. Verũtñ de⁹ †cõquaſ-
t confringet ſabit capita inimicorũ ſuorũ: verti
cem capilli ꝑambulantium in deli
ctis ſuis. Id eſt nimis ſe extollentiũ: ni-
mis ſupbientiũ in delictis ſuis: in q̃b⁹ ſal-
tem humiles eſſe deberẽt dicẽtes: Dñe ꝓ-
pitius eſto mihi peccatori. S3 conquaſſa-
uit eorũ capita: qm̃ qui ſe exaltat hũiliabi
tur: ac ꝑ hoc q̃uis ⁊ dñi ſit exitus mortis:
tñ idem dñs qm̃ deus eſt: ⁊ voluntate non
neceſſitate ſm carnẽ mortuus eſt: Cõquaſ
ſauit capita inimicorũ ſuoꝝ: nõ ſolũ eoru3
q̃ crucifixo illudẽtes ⁊ mouẽtes capita ſua
dicebãt: Si fili⁹ dei eſt deſcẽdat de cruce:
ſed etia3 oim extollentiũ ſe aduerſus do-
ctrinã eius: ⁊ tanq̃3 mortẽ hois irridẽtiu3.
Idem q̃ppe ipe de quo dictu3 ẽ. Alios ſal
uos fecit: ſemetipm ñ põt ſaluũ facẽ: de⁹ ẽ
ſanitatũ noſtraꝝ: ⁊ deus ẽ ſaluos faciẽdi:
ſ3 ꝓpter humilitatis ⁊ patie documẽtum
⁊ ſanguine ſuo delendũ noſtroꝝ chirogra
phum peccatoꝝ: etiam ſuũ eẽ voluit exitũ
mortis: ne mortẽ iſtã timerem⁹: ſ; illã poti⁹
vñ nos liberauit ꝑ iſtam. Verũtñ illuſus ⁊
mortuus cõquaſſauit capita inimicorum
ſuoꝝ: de q̃bus ait: Reſuſcita me ⁊ redda3
ill̃: ſiue bona ꝓ mal̃: dum ſibi ſubdit capi-
ta credentiũ: ſiue iuſta ꝓ iniuſtis: dũ punit
capita ſupbientium. Vtroq̃3 enim mõ con
quaſſant̃ ⁊ confringunt̃ capita inimicorũ:
cũ a ſupbia deijciunt̃: ſiue hũilitate corre-
cti: ſiue i ima tartari abrepti. Dixit do-
min⁹ ex baſan cõuertar: Vl̃ vt non-
nulli codices hñt. Ex baſan cõuerta3.
Ille quippe ↄuertit vt ſalui ſimus: de quo
dictũ ẽ ſupra. De⁹ ſanitatũ nr̃aꝝ: ⁊ de⁹ ſal
uos faciendi. Ei quippe ⁊ alibi dicit̃: De⁹
ṽtutũ ↄuerte nos: ⁊ oſtende faciẽ tuã ⁊ ſal
ui erimus. Item alibi: Conuerte nos deuſ
ſanitatum noſtraꝝ. Ille aũt dixit ex baſan
cõuertam. Baſan interpꝛtat̃ ↄfuſio. Quid
ẽ ğ conuertã ex confuſione: niſi q2 confun
dit̃ de peccatis ſuis qui ꝓ eis dimittendis
ꝑcatur miſcdiam dei: Inde ẽ q̃ ille publi-

canuſ nec oculos ad celũ audebat leuare:
ita ſe ↄſiderans ↄfundebat̃: ſ; deſcendit iu-
ſtificatus: q2 dixit dñs: ex baſan ↄuertam.
Baſan interpꝛtat̃ ⁊ ſiccitas. Et recte intel-
ligitur dñs ex ſiccitate ↄuertere: id eſt ex in
opia. Nam q̃ ſibi vident̃ copioſi: cum ſint
famelici: ⁊ pleni cũ ſint inaniſſimi: nõ ↄuer
tunt̃. Beati eni q̃ eſuriũt ⁊ ſitiũt iuſticia3:
qm̃ ipi ſaturabũt̃. Ex iſta dñs ſiccitate cõ
uertit. De aia quippe ſicca illi dicit̃: Exten
di manus meas ad te aia mea velut terra
ſine aq̃ tibi. Ibi illud quoq̃3 nõ abſurde in
de intelligitur: qđ hñt alij codiceſ ex baſan
ↄuertar. Cõuertit̃ eni ad noſ etiã ipe q̃ dic̃:
Conuertimi ad me: ⁊ ego ↄuertar ad vos:
⁊ nõ niſi extra cõfuſionem: cũ pctm̃ noſtrũ
añ nos eſt ſꝑ ⁊ extra ſiccitatẽ: quia ei⁹ deſi
deramus imbꝛem q̃ pluuiã voluntaria3 ſe
gregauit hereditati ſue. Na3 ſiccitate infir
mata eſt: ipe ṽo ↄuerſus ꝑficit eam cui dr̃:
Et ↄuerſus viuificaſti me. Dixit ergo dñs
ex baſan ↄuertam. Conuertã in pro
fundũ maris. Si cõuertã: q̃re in ꝓfun
dum maris: In ſeipm q̃ppe cõuertit dñs:
cũ salubꝛit̃ cõuertit: ⁊ ñ ẽ vtiq̃3 i ſe ꝓfundũ
maris. An fallit forte latina locutio: ⁊ pro
eo poſitũ ẽ i ꝓfundũ: qđ eſt in ꝓfũdo: Nõ
eni ille ſe cõuertit: ſ; ibi cõuertit eos qui in
ꝓfundo hui⁹ ſeculi iacẽt dimerſi pondere
peccatorũ: vbi ↄuerſus ille dicit: De ꝓfun
dis clamaui ad te dñe. Si aũt nõ eſt ↄuer-
tam: ſ; ↄuertar in ꝓfundũ mariſ: hoc intel-
ligit̃ dixiſſe dñm noſtꝝ qđ ſua miſcdia cõ-
uerteret̃ etia3 in ꝓfundũ maris ad eos q̃3
liberãdos q̃ eſſent etiã deſperatiſſimi pec-
catores: q̃3q̃3 in aliquo greco inueneri: nõ
in ꝓfundũ: ſ; in ꝓfundis: hoc ẽ ἐν βύθοις
quod ꝑorem ſenſum ↄfirmat: qđ etiam ibi
deus ↄuertat ad ſe de ꝓfundis clamãtes.
Qui ⁊ ſi intelligat̃ ibi ipe ↄuertit ad liberã
dos etiam tales: nõ eſt incongruum: et ita
eos ↄuertit: vl̃ ad eos liberãdos conuerti
tur ita. Et intingat̃ pes tuus in ſan-
guine. Qđ ad ipm dñm ꝓpheta dicit: vt
tingat̃ pes tuus in ſanguine: id eſt vt ipi q̃
ad te ↄuertunt̃: vel ad q̃s liberãdos cõuer
teris: licet in ꝓfundo maris onere iniq̃tat̃
depſſi fuerint: i tãtũ gr̃a tua proficiãt: qm̃
vbi abũdauit peccatũ ſupabũdauit gr̃a:
vt fiat pes tuus inter mẽbꝛa tua ad annũ-
ciandũ euangeliũ tuũ: ⁊ ꝓ nomĩe tuo diu
ducẽtes martyriũ vſq̃3 ad ſanguinẽ certẽt.
Sic eni vt arbitroꝛ conuenienti⁹ intelligit̃
pes eius tinctus in ſanguĩe. Deniq̃3 adiũ

git. Ling ua canũ tuorũ ex inimicis
ab ipo. Eoſdẽ ipos q̃ vſqꝫ ad ſanguinẽ
fuerant ꝓ fide euãgelica certaturi: etiã ca
nes vocas tanqꝫ ꝓ ſuo dño latrãtes: nõ il
los canes de q̃bus dicit apoſtolus: Caue
te canes: ſed illos qui edunt de micis que
cadunt de menſa dominorum ſuorum.
Hoc eni confeſſa chananea meruit audi-
re: O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi
ſicut vis. Canes laudabiles nõ deteſtabi-
les: fidem ſeruantes dño ſuo: ⁊ ꝓ eiꝰ domo
contra inimicos latrãtes. Non eni tantũ
modo canũ dixit: ſ3 canũ tuoꝝ: nec eorum
dẽtes: ſ3 lingua laudata ẽ: Quã non vtiqꝫ
fruſtra: nec ſine magno ſacro Gedeõ ſolꝰ
eos iuſſus ẽ ducere q̃ flumis aq̃ ſicut canes
lãberẽt: talesqꝫ nõ ampliꝰ q̃ƺ trecẽti in tãta
multitudine inuẽti ſunt. In quo nũero cru
cis ſignũ eſt ꝓpter. T. lrãm que in grecis nu
merorũ notis trecẽtos ſignificat. De tali-
bus canibꝰ ⁊ in alio pſalmo dr̃: Conuertẽ-
tur ad veſperã: ⁊ famem patient vt canes.
Nam ⁊ q̃dam canes repħenſi ſunt a ꝓphe
ta Eſaia: non iõ q2 canes eſſent: ſ3 q̃ꝺ latra
re neſcirẽt: ⁊ dormitare amarẽt. Ubi vtiqꝫ
demõſtrauit: q2 ſi vigilarẽt ⁊ ꝓ dño ſuo la-
trarẽt: laudabiles canes eſſent: ſicut laudã
tur iſti de q̃bus dr̃: Lingua canuꝫ tuorum.
Quos tñ ꝓpħa ex inimicis futuros eẽ p̃-
dixit ꝑ illam. ſ. cõuerſionẽ de q̃ ſupius loq̃
batur. Unñ ⁊ ille pſalmus: Conuertent in-
q̃t ad veſpeꝝ: ⁊ famẽ patient vt canes. De
inde veluti q̃rentibꝰ vnde ħ ill' tãtũ bonũ:
vt canes eius fierẽt: cuiꝰ fuerãt inimici: re-
ſponſum eſt ab eo. Sic eni legit: Ligua ca
num tuoꝝ ex inimicis ab ipo: ipiꝰ vtiqꝫ di-
lectiõe: ipius miſcdia: ipius grã. Nã qñ id
poſſent a ſeipis: Eteni cũ inimici eſſemꝰ: re
conciliati ſumus deo ꝑ mortẽ filij eiꝰ: ad ħ
⁊ dñi fuit exitꝰ mort. †Uiſi ſũt ingreſ
ſus †tui deus: Greſſus q̃bus veniſti per
mũdũ tãqꝫ in illo curru ꝑagraturꝰ orbem
terraꝝ: quas ⁊ nubes in euãgelio ſanctos
⁊ fideles ſuos ſignificat: vbi ait: Ammo-
do videbitis filiũ hois venientẽ i nubibꝰ.
Excepto illo aduẽtu in quo erit iudex vi-
uorũ atqꝫ mortuoꝝ: Ammodo inq̃t vide-
bitis filiũ hois veniẽtẽ in nubibꝰ. Ibi greſ-
ſus tui viſi ſunt: id eſt manifeſtati ſunt reue
lata grã teſtamẽti noui. Unñ dictum ẽ: Qꝫ
ſpecioſi pedes eoꝝ q̃ annũciãt pacẽ: q̃ an-
nunciãt bona. Hec eni grã ⁊ iſti greſſus la
tebãt in veteri teſtamẽto. Cũ aũt venit ple
nitudo tp̃is: ⁊ placuit deo reuelare filium

Alia lr̃a
†viderunt
tuos

ſuũ vt annũciaret in gẽtibꝰ: viſi ſunt i greſ- Alia lr̃a
ſus tui deus. †Greſſus dei mei regis †ingreſſus
mei q̃ eſt in ſctõ. In quo ſctõ: niſi i tem
plo ſuo. Templũ dei ſanctũ ẽ inq̃t q̃ꝺ eſtis
vos. Ut aũt greſſus iſti viderẽt. Pre
uenerũt p̃cipes cõiũcti pſallenti- Alia lr̃a
bus. in medio† adoleſcentularum †iuuẽcularum
tympaniſtriarũ. P̃cipes ſunt apl̃i: ip
ſi eni p̄uenerũt vt ꝓpli ſeq̃rent: Preuenerũt
annũciantes nouũ teſtamentũ ꝯiũcti pſal
lentibꝰ: de quoꝝ bonis op̃ibꝰ etiã viſibili-
bus tanqꝫ organis laudis glorificaret de-
us. Idem aũt p̃ncipes in medio adoleſcẽ-
tularũ tympaniſtriaꝝ in miſterio ſcꝫ hono
rabili. Nam ita ſunt in medio miniſtri pre
poſiti eccl̃iaꝝ nouaꝝ. hoc eni ẽ adoleſcẽ-
tularum carne edomita deũ laudantium.
hoc eni ẽ tympaniſtriaꝝ: eo q̃ꝺ tympana
fiant corio ſiccato ⁊ extẽto. Ideo ne quiſqꝫ
carnalit' iſta acciperet: ⁊ ex his v̇bis quoſdã
luxurie choros in animum duceret: ſeq̃t et
dicit. In eccleſijs bñdicite †dñm: Alia lr̃a
Tãqꝫ diceret: vt q̃cũqꝫ auditis adoleſcen †deo
tulas tympaniſtrias laſciuia delectamẽta
non cogitantes: i eccleſijs bñdicite dñm.
Eccl̃ie q̃ppe vobꝭ hec myſtica ſignificatiõe
monſtrant. Eccl̃ie ſunt adoleſcẽtule noua
grã decorate. Eccl̃ie ſunt tympaniſtrie ca-
ſtigata carne ſpũaliter ſonore. In eccleſijs
ẽ bñdicite dñm. †Deũ de fontibꝰ iſrl̃. Alia lr̃a
Inde q̃ppe p̄us elegit quos fõtes faceret. †dño
Nam inde ſunt electi apl̃i: ⁊ bi p̄mitus au-
dierũt: Qui biberit ex aq̃ quã ego dabo:
non ſitiet vnq̃ƺ: ſ3 fiet in eo fons aq̃ ſaliẽtis Alia lr̃a
i vitã eternã. Ibi beniamin †adole- †adoleſcẽtulus
ſcentior †in extaſi. Ibi Paulus nouiſſi †in mẽtis exceſ
mus aploꝝ qui dicit. Nã ⁊ ego iſraelita ſũ ſu
ex ſemine abraã de tribu beniamin: ſ3 pla-
ne in extaſi expaueſcentibꝰ oibus: tam ma
gnum in eius vocatiõe miraculũ. Extaſis
nanqꝫ eſt mẽtis exceſſus: q̃ꝺ aliqñ pauore
ꝯtingit: nonnũqꝫ v̇o ꝑ aliquã reuelationẽ
alienatiõe mentis a ſenſibus corporis: vt
ſpũi q̃ꝺ demonſtrandũ eſt demonſtretur.
Unñ intelligi etiam ſic põt q̃ꝺ hic poſitũ eſt
in extaſi: q2 cũ ei ꝑſecutori dictũ eẽꝫ de ce-
lo: Saule ſaule q̃d me ꝑſequeris: adempto
lumine oculoꝝ carnaliũ: rñdebat dño quẽ
ſpũ videbat. Qui aũt cũ illo erãt vocem
rñdẽtis audierãt: neminẽ aũt vidẽtes cui
loqueret. Põt hic extaſis etiã illa eiꝰ intel-
ligi de q̃ ipe loquens ait: ſcire ſe hominem
raptũ vſqꝫ ad tertiũ celũ: ſiue aũt i corpe:
ſiue extra corpus neſcire: ſ3 raptũ in ꝑadi-

ſum: audiſſe ineffabilia v̓ba q̄ non liceret
homī loq. Pꝛīcipes iuda duces eo
Alia lr̄a tea rū: pꝛīcipes zabulon: † pꝛīcipes ne
ptalim. Cū apl̄os ſignificet p̄ncipes: vbi
eſt ⁊ beniamin adoleſcētioꝛ in extaſi: Qui
bus v̓bis Paulū ſignificari nēo ambigit:
Ut noīe p̄ncipum oēs ſignificent̄ in eccle
ſijs excellentes atq; imitatione digniſſimi.
Quid ſibi volūt hec noīa tribuū iſraeliti
caꝝ: Si enī tantū Jude mentio fieret: qm̄
ex hac tribu reges fuerant ex qua ⁊ domi⁹
chꝛiſtus ſm̄ carnē: iō ex hac tribu putare
mus figuratos etiā p̄ncipes teſtamēti no
ui. Cū v̓o adiungit p̄ncipes zabulon: prī
cipes neptalim: q̄ſq; foꝛſitan dicat ex his
tribubus apl̄os fuiſſe: ex alijs aūt nō fuiſ
ſe. Qđ licet vñ ꝓbari ħ poſſet non videā:
tñ qꝛ nec vnde refellat̄ inuenio: ⁊ hoc lo
co p̄ncipes eccleſiarū ducesq; eaꝝ q̄ in ec
cleſijs bñdicunt dño: video cōmēdari: nō
abſurde: etiam iſtū ſenſum ꝓdo: ſed plus
me delectat qđ ex iſto noīm interp̄tatione
clareſcit. Hebꝛea q̄ppe ſunt noīa: quoꝝ iu
da cōfeſſio interp̄tari dr̄. Zabulon habita
culū foꝛtitudīs: Neptalim dilatatio mea
q̄ oīa veriſſimos nobis inſinuant p̄ncipes
eccl̄iaꝝ: dignos ducatu: dignos imitatōe:
dignos honoꝛib⁹. Martyres nāq; ī eccle
ſijs locū ſummū tenēt: atq; apice ſācte di
gnitatis excellūt. Jam v̓o in martyrio pri
ma ꝯfeſſio eſt: ⁊ ꝓ illa q̄cq̄d acciderit tole
randi ſequens aſſumit̄ foꝛtitudo: deinde
poſt oīa tolerata finitꝰ anguſtijs: latitudo
ꝯſequit̄ in p̄mio. Pōt ⁊ ſic intelligi vt qm̄
tria ħ p̄cipue cōmendat apl̄s: fidē: ſpē: ca
ritatē: confeſſio fit in fide: foꝛtitudo ī ſpe:
latitudo in caritate. Fidei q̄ppe reſ ē: vt coꝛ
de credat̄ ad iuſticiā: oꝛe autem cōfeſſio fit
ad ſalutem. Jn paſſionib⁹ aūt tribulatio
num res triſtis eſt: ſ; ſpes foꝛtis eſt. Si enī
qđ non videmus ſperam⁹: ꝑ patiam expe
ctamus. Latitudinē v̓o p̄ſtat caritatis in
coꝛde diffuſo. Nam ꝯſummata caritas fo
ras mittit timoꝛem: qui timoꝛ toꝛmentum
hꝫ ꝑ aīe āguſtias. Pꝛīcipes ḡ iuda duces
eoꝝ. Quid: Jn eccleſijs bñdicunt dñm.
Pꝛīcipes zabulō: p̄ncipeſ neptalim p̄nci
pes ꝯfeſſionis: foꝛtitudinis: latitudīs: pri
cipes fidei ſpei: ⁊ caritatis. Māda de⁹
Alia lr̄a † virtuti tue † v̓tutem tuā. Unus aūt dñs nr̄ Jeſus
chꝛiſtus ꝑ quem oīa ⁊ nos in ip̄o quem le
gimus dei v̓tutem ⁊ dei ſapiam. Quō aūt
deus mādat chꝛiſtū ſuū: niſi dum eum cō
mendat: Cōmendat aūt deus caritatē ſuā
in nobis: qm̄ dū adhuc peccatoꝛes eſſem⁹

chꝛiſtus ꝓ nobis moꝛtuus ē. Quō nō ⁊ cū
illo oīa nobis donauit: Manda deus vir
tutem tuā. Confirma de⁹ hoc quod
opatus es in nobis. Manda docen
do: ꝯfirma iubēdo. A tēplo tuo ī hie
ruſalē: tibi offerēt reges munera.
A templo tuo in hieruſalem: que eſt libe
ra mr̄ nr̄a: quia et ip̄a ē templū ſanctū tuū.
Ab illo ḡ tēplo tibi offerēt reges munera.
Quicūq; reges intelligant̄: ſiue reges ter
re: ſiue reges q̄s diſcernit ſupceleſtis ſuper
columbā deargentatā tibi offerent mune
ra. Et q̄ mūera: Gratioſa. Que ſacrificia:
Laudis. Sed huic laudi ꝯſtrepūt chꝛiſtia
num vocabulū habentes: ⁊ diuerſa ſentiē
tes. Fiat ḡ quod ſequit̄. Jncrepa fe
ras † calami: Nam ⁊ fere ſunt: qm̄ nō in Alia lr̄a † arundinis
telligendo nocent: Et fere calami ſunt: qm̄
ſcripturaꝝ ſenſum ꝓ ſuo erroꝛe ꝑuertunt.
Per calamū quippe tam cōuenienter ſcri
pture ſignificant̄: q̄ȝ ſmo ꝑ linguā: ſm qđ
dr̄: lingua hebꝛea: vel greca: vel latina: vl̄
alia quelibȝ ꝑ efficientē ſcȝ id qđ efficitur.
Uſitatum eſt aūt in latino eloquio vt ſcri
ptura ſtilus vocet̄ quod ſtilo fiat: ita ergo
⁊ calamus qđ calamo fiat. Dicit apl̄s Pe
trus indoctos ⁊ īſtabiles ꝑuertere ſcriptu
ras ad ꝓpꝛium ſuū interitū. He ſunt fere
calami: de q̄bus hic dr̄: Jncrepa feras ca
lami. De his eſt enī qđ adiūgit. Cogre Alia lr̄a † in vaccis † excludāt eos qui
gatio tauroꝝ † inter † vaccas popu
loꝝ: vt † excludant̄ hi q̄ ꝓbati ſūt
argēto. Tauros vocans ꝓpt̄ ſupbiam
dure indomiteq; ceruicis: ſignificat enī he
reticos. Uaccas aūt ꝑpl̄oꝝ ſeductiles ani
mas intelligēdas puto: qꝛ facile hos tau
ros ſequunt̄. Non enī ꝑpl̄os vniuerſos ſe
ducūt: in q̄bus ſunt graues ⁊ ſtabiles: vñ
ſcriptū eſt. Jn ꝑpl̄o graui laudabo te: ſed
in eis populꝰ quos inuenerūt vaccas. Ex
his enī ſunt qui penetrant domos: ⁊ capti
uas ducūt mulierculas oneratas peccatī:
que ducunt̄ varijs deſiderijs erroꝛis ſem
per diſcētes: ⁊ ad veritatis ſciam nunq̄ꝫ ꝑ
ueniētes. Qđ aūt ait idem apl̄s: Opoꝛtet
⁊ hereſes eſſe: vt ꝓbati manifeſti fiāt in vo
bis: hoc etiā hic ſequit̄: vt excludantur hi
q̄ ꝓbati ſunt argento: id ē q̄ ꝓbati ſunt elo
quijs dñi. Eloquia q̄ppe dñi eloq̄a caſta:
argentū igne ꝓbatū terre. Naȝ excludant̄
dictū eſt appareant: emineāt: qđ ait ille ma
nifeſti fiāt. Unī ⁊ in arte argētaria excluſo
res vocant̄: q̄ de cōfuſione maſſe nouerūt
foꝛmā vaſis exp̄mere. Multi enī ſēſus ſcri
pturarū ſanctarū latent: ⁊ paucis intelligēt

tionibus noti ſunt nec aſſerunt cōmodi⁹ et
acceptabilius: niſi cū reſpōdedi hereticis
cura cōpellit. Tunc enī etiam q̄ negligunt
ſtudia doctrine ſopore diſcuſſo ad audiē-
di excitant diligentiā: vt aduerſarij refellā
tur. Deniq̄ ꝗ multi ſcripturaꝝ ſanctaruȝ
ſenſus de chriſto deo aſſerti ſunt cōtra Fo
tinum: ꝗ multa de hoīe chriſto ꝯ Mani-
cheum: ꝗ multi de trinitate ꝯ Sabellium:
ꝗ multi de vnitate trinitatis cōtra Arria-
nos: eunomianos: macedonianoſ: ꝗ mul
ti de catholica eccleſia toto orbe diffuſa: et
de malorū cōmixtione vſq̄ in finem ſecu-
li: quod bonis in ſacramentoꝝ eius ſocie-
tate nō obſint aduerſus donatiſtas ⁊ luci-
ferianos: alioſq̄ ſi qui ſūt qui ſimili errore
vͣitate diſſentiūt: ꝗ multi ꝯ ceteros here-
ticos quos enumerare vel cōmemorare ni
mis longū eſt: ⁊ p̄ſenti opi nō neceſſariuȝ.
Quoꝝ tñ ſenſuū ꝓbati aſſertores aut pror
ſus laterent: aut non ita enumerent: vt eoſ
eminere fecerūt ſupboꝝ ꝯtradictōnes: q̄s
velut tauros: id eſt iugo diſcipline pacifi-
co leni q̄ non ſubditos cōmemorat aplus
vbi talem dicit eligendū ad epiſcopatum:
vt potēs ſit exhortari in doctrīa ſana ⁊ cō-
tradicentes redarguere. Sunt enī m̄lti non
ſubditi: vt ſunt tauri elatiōe ceruicis: ipati
entes aratri atq̄ iūcture vaniloq̄ ⁊ mētꝭ ſe
ductoreſ. Has mētes ſignificauit iſte pſal
mus appellatiōe vaccaꝝ. Ad hāc ḡ vtilita
tem ꝓuidentia diuina ꝑmittit tauros con-
gregari inter vaccas ꝑplorum vt excludā-
tur: id eſt vt emineant q̄ ꝓbati ſunt argen-
to. Ad hoc enī hereſes ſinūt eſſe: vt ꝓbati
manifeſti fiāt: ꝗꝗ ſic etiā poſſit itelligi cō-
gregatio taurorū inter vaccas populorū:
vt ab eis vaccis excludant qui ꝓbati ſunt
argento. Hanc enī habent heretici inten-
tionem doctores: vt ab auribus animarū
q̄s ſeducere moliunt excludāt eos: id ē ſe-
parent eos q̄ ꝓbati ſunt argento: id eſt qui
idonei ſunt docere eloquia dñi. Sȝ ſiue il-
le huius verbi: ſiue iſte ſit ſenſuſ: ſequitur.

Alia lr̄a † Diſſipa

†Diſpge gentes q̄ bella volunt:
Non enim correctioni: ſed contentioni ſtu
dentes. Hoc ḡ ꝓphetat vt ipſi potius diſper
gant qui corrigi nolūt: q̄ gregē chriſti diſ-
pergere affectāt: Gentes aūt appellauit: ñ
ꝓpt generatiōes familiaꝝ: ſꝫ ꝓpt genera ſe
ctaꝝ vbi ſeries ſucceſſiōiſ ꝯfirmauit errorē
Venient legati ex egypto: ethiopia
p̄ueniet man⁹ ei⁹. Egypti vl ethiopie
noīe oīm gētiū fidē ſignificauit: a pte totū:
legatos appellās recōciliatōis p̄dicatoreſ.
Pro chriſto inq̄t legatiōe fungimur tanq̄
deo adhortāte p nos: obſecram⁹ ꝓ chriſto
recōciliari deo. Nō ergo de ſolis iſraeliticꝭ
vnde apoſtoli electi ſunt: ſꝫ etiā de ceteris
gentibus futuros predicatores chriſtiane
pacis hoc modo myſtice ꝓphetatū ē. Qđ
vͦo ait: Preueniet manus ei⁹: ħ ait p̄ueni-
et vindictā eius ꝯuerſione ſcȝ ad eū vt pec
cata dimittātur: nec peccatores ꝑmanen-
do puniant. Quod etiaȝ in alio pſalmo di
citur: Preueniam⁹ faciē eius in cōfeſſiōe.
Sicut p man⁹ vindictā: ita p facieȝ reuela
tionē p̄ſentiāq̄ ſigt que futura ē ī iudicio.
Quia ḡ p egyptū atq̄ ethiopiā toti⁹ orbiſ
gentes ſignificauit: continuo ſubiunxit.
Deo regna terre. Non ſabellio: non
arrio: non donato: non ceteris tauris cer-
uicatis: ſed deo regna terre. Plures auteȝ
codices ⁊ latini ⁊ maxīe greci ita diſtictos
verſus habent: vt non ſit in eis vnus ver-
ſiculus: deo regna terre: ſed deo in fine ſit
verſus ſupioriſ: atq̄ ita dicatur: Ethiopia
p̄ueniet manus deo: Ac inde ſequatur in
alio vͦſu. Regna terre: Cantate deo:
pſallite dño. Qua diſtinctione multorum
codicū ⁊ auctoritate dignoꝝ ꝯſonātia ſine
dubio p̄ferenda fides cōmendari mihi vi
detur: que opa precedit: quia ſine bonorū
operum meritis per fidem iuſtificat impi⁹:
ſicut dicit apoſtolus: Credenti in euȝ qui
iuſtificat impium deputat fides ei⁹ ad iu-
ſticiam: vt deinde ipa fides p dilectionem
incipiat opari. Ea q̄ppe ſola bōa opa dicē
da ſunt que fiūt p dilectionē dei. Hec aūt
neceſſe eſt: vt antecedat fides: vt inde iſta:
non ab iſtis incipiat illa: qm̄ nullus opera
tur p dilectionem dei: niſi prius credat in
deum. Hec eſt fides de qua dicit. In chri
ſto enim Jeſu neq̄ circūciſio aliquid va-
let neq̄ prepucium: ſed fides que per di-
lectionem operatur. Hec eſt fides de qua
ipi eccleſie dicitur in Cāticiſcāticoꝝ: Ve-
nies ⁊ pertrāſies ab initio fidei. Venit enī
tanq̄ currus dei in milibus letantiū: pro-
ſperum iter habens: ⁊ ptranſijt de ħ mun-
do ad patrem: vt fiat in eo quod ſponſus
ipe dicit qui tranſijt de hoc mundo ad pa
trem: Volo vt vbi ego ſum ⁊ iſti ſint me-
cum: ſed ab initio fidei. Quia ergo vt bōa
opera ſequantur precedit fides: nec vlla
ſunt bona opera: niſi que ſequuntur prece
dente fide: nihil aliud videtur dictum:
Ethiopia preueniet manus eius deo: niſi
ethiopia credet deo. Sic enim preueniet

manus ei⁹: id eſt opa eius. Cui⁹ niſi ipſius
ethiopie? Quia h̄ in greco nõ ẽ ambiguũ:
eiuſ q̃ppe ibi feminino genere aptiſſime po
ſitũ eſt: ac p h̄ nihil aliud dictũ eſt q̃ꝫ ethi-
opia p̄ueniet man⁹ ſuaſ deo: id ẽ credẽdo ĩ
deũ p̄ueniet opa ſua. Exiſtimo eniꝫ inquit
apl's: iuſtificari hoiem p fideꝫ ſine opibus
legis. An iudeorũ deus tm̃? Nõne ⁊ gen-
tium? Sic g̃ ethiopia q̃ videt̃ extrema gẽ-
tium iuſtificat̃ p fidem ſine opib⁹ leg̃. Nõ
eni vt iuſtificet̃ de legis opibus gloriatur:
nec p̄ponit fidei merita ſua: ſ fide preuenit
opa ſua. Pl'es ſane codices greci non hñt
manus: ſed manum: qd̕ tantundem valet:
qm̃ ꝓ opibus poſitũ eſt. Mallẽ aũt latini
interp̃tes ſic trãſtuliſſent: ethiopia p̄ueniet
manus ſuas: q̃ꝫ vt manũ ſuã deo: qm̃ pla
nius h̄ eſſet q̃ꝫ: quod nũc dictũ eſt: ⁊ ſalua
veritate fieri poſſet: q̄ in greca lĩgua id ꝓ-
nomen nõ ſolũ eius: ſ etiã ſuã vl' ſuas põt
intelligi. Suã g̃ ſi manũ: ſuas aũt ſi man⁹.
Nã qd̕ ẽ ĩ greco χειρα αυτεσ qd̕ pl'es co
dices habent: ⁊ manũ ei⁹ ⁊ manuꝫ ſuã põt
intelligi. Qd̕ vͦ rarũ eſt in codicib⁹ greci
χειρασ αυτεσ ⁊ man⁹ eius ⁊ man⁹ ſuas
latine põt dici. Hinc iam velut decurſis
p ꝓphetiã rebus oib⁹ q̃s impletas eſſe iaꝫ
cernim⁹: hortat̃ ad laudẽ chriſti: ac deĩde
ꝓnũciat futurũ ei⁹ aduentũ. **Regna
terre cantate deo: pſallite domino.**
**Pſallite deo q̃ aſcẽdit ſup celuꝫ
celorũ ad oriente.** Vl' ſicut nõnulli co-
dices hñt. **Qui aſcẽdit ſup celũ celi:
ad oriente.** In his vͥbis ille non intelli-
git chriſtũ: q̃ eius reſurrectionẽ: aſcẽſioneꝫ
q̃ꝫ non credit. Ad orientẽ vͦ qd̕ addidit:
nonne etiã ip̃m locũ: qm̃ in ptibus oriẽtis
eſt vbi reſurrexit ⁊ vñ aſcendit exp̃ſſit? Er-
go ſup celum celi ſedet ad dexterã patris.
Hoc ẽ qd̕ dicit apl's. Ip̃e eſt q̃ aſcẽdit ſu-
p oẽs celos. Quid eni celoꝝ reſtat poſt ce
lũ celi? Quos ⁊ celos celoꝝ poſſum⁹ dicẽ
ſicut vocauit firmamentũ celũ: qd̕ tñ celuꝫ
etiã celos legimus vbi ſcriptũ eſt: Et aq̃ q̃
ſup celos ſunt laudent nomẽ dñi. Et quo-
niam inde vẽturus eſt ad iudicandos vi-
uos ⁊ mortuos. Attende quod ſequitur.
**Ecce dabit** ᵗ**vocẽ ſuã vocẽ virtu
tis:** Ille q̃ ſicut agnus coram tondente ſe
fuit ſine voce: ecce dabit vocẽ ſuaꝫ: nec vo
cem infirmitatis tanq̃ꝫ iudicãdus: ſ vocem
vͥtutis tanq̃ꝫ iudicaturus. Nõ eni de⁹ oc-
cultus ſicut p̄us: ⁊ in hoim iudicio nõ ape
riens os ſuũ: ſ deus manifeſtus veniet: de

Alia l'ra
ᵗ voci ſue

us nr̃ ⁊ non ſilebit. Quid deſperatis inſi-
deles? qd irridetis? Quid dicit ſuus mal⁹?
Tardat dñs me⁹ venire. Ecce dabit vocẽ
ſuam: vocem vͥtutis. **Date gl'iam deo
ſup iſrl': magnificẽtia eius.** De quo
dicit apl's ſup iſrl' dei. Non eni oẽs qui ex
iſrl' hi ſunt iſraelite: qm̃ eſt ⁊ iſrl' ſ'm carneꝫ.
Unde ait. Videte iſrl' ſ'm carneꝫ. Nõ autẽ
qui filij carnis hi filij dei: ſed filij ꝓmiſſio-
nis deputant̃ in ſemine. Tũc g̃ qñ erit ſine
vlla malorũ cõmixtione ꝑplus eius tanq̃ꝫ
maſſa ventilabro emũdata: tanq̃ꝫ iſrael in
quo dolus nõ eſt: tũc eminẽtiſſima erit ſup
iſrl' magnificentia eius. **Et virtus eius
in nubibus.** Nõ eni ſolus veniet ad iu
dicium: ſ cũ ſenioribus populi ſui: q̃buſ ꝓ
miſit q̄ ſedebũt ſup ſedeſ iudicaturi: q̃ etiã
angelos iudicabũt. He ſunt nubes. Deni
q̃ꝫ ne aliud nubes intelligerent̃: ſecut⁹ ad
iunxit. **Mirabil' deus in ſanctis
ſuis: deus iſrl'.** Tunc eni ⁊ nomen ip̃m
veriſſime ac pleniſſime implebit̃ iſrl': qd̕ eſt
videns deuꝫ: qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt.
**Ip̃e dabit virtuteꝫ ⁊ fortitudinem
plebi ſue: bñdictus deus.** Nunc fra
giles ⁊ infirmi: habemus theſaurum iſtuꝫ
in vaſis fictilibus: Tunc vͦ etiam corpo-
rum glorioſiſſima commutatiõe: ip̃e dabit
vͥtutem ⁊ fortitudineꝫ plebi ſue. Seminat̃
eni hoc corpus in infirmitate: ſurget ĩ vir-
tute. Ip̃e ergo dabit vͥtutem quam in ſua
carne p̄miſit: de qua dicit apl's: Virtutem
reſurrectiõis eius: fortitudinẽ aũt q̄ inimi
ca deſtruet̃ mors. Qm̃ itaq̃ꝫ ꝓlixum ⁊ ad
intelligendũ difficilem pſalmũ: tandeꝫ ali
qñ ip̃o adiuuãte finiuimus: bñdictus de⁹
Amen. Explicit Tract̃. de pſ̃. LXVII.

Incipit Tract̃. de pſ̃. LXVIII.

**Sermo prim⁹ de pria pte pſalmi.**

Ut hoc tpe in hoc ſeculo exorti ſumus
⁊ aggregati ꝑplo dei: quo iaꝫ olus
illud ex grano ſynapis tetẽdit bra
chia ſua: quo iaꝫ fermentũ illud qd̕ primo
contẽptibile fuit: fermẽtauit tres mẽſuras:
id eſt totũ orbẽ terraꝝ repatuꝫ ex tribus fi-
lijs noe: quoniam ab oriente ⁊ occidẽte et
aquilone ⁊ auſtro venerũt qui recũbũt cum
patriarchis: expulſis foras eis qui de illo-
rum carne ſunt nati: ⁊ eoꝝ fidẽ nõ ſunt imi
tati. Ad hanc ergo chriſti eccl'ie gl'iaꝫ ocu-
los aperuim⁹: ⁊ iſtam ſterilem cui gaudiũ
indictum atq̃ꝫ p̄dictuꝫ ẽ: qd̕ pl'es filios ha
bitura eſſet: q̃ꝫ illa q̃ habebat viruꝫ: iã talẽ
inuenimus que oblita eſſet opprobriorum

⁊ ignominie viduitatis ſue: ⁊ iō poſſumus
forte mirari cū voces hūilitatis chriſti vel
noſtre legerimꝰ in aliq̄ ꝓphetia: ⁊ fieri pōt
vt minus ex eis afficiamur: q̄ꝛ non eo tem-
pore venimus q̄n̄ iſta cum ſapore legeban
tur abūdante pſſura. Sed rurſus ſi tribu-
lationum abundantiā cogitemꝰ: ⁊ in qua
ambulemꝰ viā cognoſcamꝰ: ſi tn̄ i illa am-
bulamus q̄ꝫ ſit anguſta ⁊ ꝑ pſſuras atqꝫ tri
bulationes ꝑducat ad requiē ſempiternā:
q̄ꝫ q̄ꝫ ipa q̄ in rebus humanis vocat̄ felici-
tas plus ſit timenda q̄ꝫ miſeria: q̄nquidem
miſeria plerunqꝫ affert ex tribulatione fru-
ctum bonū: felicitas aūt corrūpit animam
ꝑuerſa ſecuritate: ⁊ dat locū diabolo tem-
ptatori. Cū ḡ cogitauerimus prudenter ⁊
certe: ſicut pſallit hec victima tēptationē
eſſe vitā humanā ſuꝑ terrā: neminēqꝫ om-
nino eē ſecurum: nec debere eſſe ſecurum:
donec ad illā patriā veniat̄: vn̄ nemo exit
amicus: quo nemo admittit̄ inimicꝰ: etiā
nūc in ipa eccl'ie glia agnoſcimꝰ voces tri-
bulationis nr̄e: ⁊ tāqꝫ mēbra chriſti cōpa-
ge caritatis ſubdita capiti noſtro: ⁊ nos in
uicem retinētia dicemꝰ de pſalmis quod h̄
dixiſſe inuenerimꝰ martyres q̄ fuerūt ante
nos: q̄ꝛ tribulatio eſt oībus cōis ab initio
vſqꝫ in finē. Tn̄ iſtū pſalmū quem tractan
dū ſuſcepimꝰ: ⁊ de quo loq̄ caritati veſtre
in noīe dn̄i ꝓpoſuimus: in grano ſynapis
agnoſcamꝰ. Paululū in altitudīe oleris ⁊
diffuſiōe ramoꝝ: ⁊ ab illa glia vbi aues ce
li requieſcunt: auocemus cogitationē: ⁊ hec
magnitudo q̄ nos delectat in olere: q̄ꝫ de
paruo ſurrexit audiamꝰ. Chriſtus eni hic
loq̄t̄: ſ; iam ſcientibus dicimus: chriſtꝰ non
ſolū caput ſ; ⁊ corpꝰ eſt: ex ipis v̄bis agno
ſcimꝰ. Nā q̄ꝛ chriſtꝰ h̄ loq̄t̄ dubitare oīno
nō ꝑmittit̄. Hic ſunt enim expſſa v̄ba: q̄ in
eius paſſiōe cōpleta ſunt. Dederūt i eſcā
meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto.
Qn̄ iſta ad litterā impleta ſunt: ⁊ prorſus
quō p̄dicta: ſic reddita. Cūqꝫ ipe chriſtus
dixiſſet: ſitio: pendēs in cruce: ⁊ ad h̄ v̄bū
ei acetū in ſpongia datū eſſ;: quo accepto
dixit: Conſummatū eſt: ⁊ ſic inclinato ca-
pite tradidit ſpūm: oſtendēs iſta oīa q̄ pre
dicta ſunt in illo fuiſſe tūc ꝯſummata: non
licet h̄ aliud intelligere. Apl'i etiā loquen-
tes de chriſto: teſtimonia ex iſto pſalmo de
derūt. Quis aūt deuiet a ſententijs eorū?
Aut q̄s agnus nō ſeq̄t̄ arietes? Ergo chri-
ſtus hic loq̄t̄: magiſqꝫ nobis demōſtrādū
eſt vbi eius mēbra loquant̄: ⁊ oſtēdamꝰ q̄ꝛ
totus h̄ loquit̄ q̄ꝫ dubitandum q̄ chriſtus
loquat̄. Titulus pſalmi ē. In finem
ꝓ his q̄ cōmutabunt̄ ipſi Dauid:
Nunc cōmutationē in meliꝰ audi. Cōmu
tatio eni: vel in deterius eſt: vel in melius.
Adam ⁊ Eua in deteriꝰ: Qui ex Adam et
Eua chriſto adheſerūt: in melius cōmuta
ti ſūt. Sicut eni ꝑ vnū hoīem mors: ita ⁊ ꝑ
vnū hoīe; reſurrectio mortuoꝝ. Et ſicut i
Adā oēs moriunt̄: ſic ⁊ in chriſto oēs viui
ficabunt̄. Ab eo q̄d formauit deꝰ mutatus
eſt Adā: ſ; in peius iniq̄tatis ſue: ab eo q̄d
opata eſt iniq̄tas mutant̄ fideles: ſ; i meliꝰ
ꝑ grām dei. Ut mutaremur in peiꝰ nr̄a ini-
quitas fuit: vt mutaremur in meliꝰ: nō nr̄a
iuſticia: ſ; gratia dei p̄ſtat. Q̄ ḡ in peiꝰ mu
tati ſumus nobis imputemꝰ: q̄ in meliꝰ cō
mutamur deū laudemꝰ. Pro his ergo iſte
pſalmus: qui cōmutabunt̄. Un̄ aūt iſta cō
mutatio facta eſt: niſi ex paſſione xp̄i: Pa-
ſcha ipm latine trāſitus interp̄tat̄. Non eſt
eni paſcha grecū nomē: ſ; hebreum. Reſo
nat q̄dem in greca lingua paſſionem: quia
paſchin pati dr̄: ſ; ꝯſultū hebreū eloquiū
aliud indicat. Paſcha trāſitū cōmēdat.
Q̄d admonuit etiā Johes euāgeliſta: qui
imminēte paſſiōe cū veniret dn̄s ad cenā:
q̄ cōmendauit ſacr̄m corpis ⁊ ſanguis ſui
ita loq̄t̄. Cū aūt veniſſet hora q̄ trāſiret ieſꝰ
de h̄ mūdo ad p̄rem: Expſſit ḡ tranſitū pa
ſche. S; niſi ipe trāſiſſet hinc ad patrem q̄
ꝓpter nos venit: nos tranſire hinc quomō
poſſemus: q̄ non ꝓpter aliq̄d leuandū de
ſcendimus: ſ; cecidimus: Ipe aūt nō ceci-
dit: ſ; deſcendit vt eum q̄ ceciderat ſubleua
ret. Tranſitus ḡ illius ⁊ nr̄ hinc ad patrē
de h̄ mūdo ad regnū celoꝝ: de vita morta
li ad vitā eternā: de vita terrēa ad vitā ce-
leſtem: de vita corruptibili ad incorrupti-
bilem: de tribulationū ꝯuerſatiōe ad ꝑpe-
tuam ſecuritatē. Iō ꝓ his qui cōmutabūt̄
pſalmi titulus eſt. Cauſā igit̄ cōmutatiōis
noſtre: id eſt ipā dn̄i paſſionē: noſtramqꝫ
in tribulationibus vocē in textu pſalmi ad
uertamus: cognoſcamus: congemiſcamꝰ:
⁊ audiēdo: cognoſcendo: congemiſcendo
mutemur: vt impleat̄ in nobis titulus pſal
mi: Pro his q̄ commutabunt̄.

Expoſitio prime partis.

Saluum me fac deus qm̄ in-
trauerūt aque vſqꝫ ad aīam
meā. Granum illud eſt contem
ptum modo: quod videtur humi-
les dare voces. In horto oritur miraturo

mūdo oleris magnitudinē: cui⁹ olerꝭ ſemē
ꝯtemptū eſt a iudeis. Reuera eni cōſide-
rate ſemen ſynapis minutū fuſcū aſpernā-
bile ꝓrſus: vt ibi impleaꝶ qđ dictum eſt.
Uidimus eū ꝛ nō habebat ſpēm neqꝫ de-
corem. Aquas aūt intraſſe vſqꝫ ad animā
ſuā dicit: qꝛ potuerūt ille turbe q̄s aquarū
noīe ſignificauit hucuſqꝫ p̄ualere vt occi-
derent chriſtū. Preualuerūt ad ꝯtemnen-
dum: ad tenendū: ad ligandū: ad inſultan-
dum: ad colaphizandū: ad conſpuendū.
Adhuc quouſqꝫ? Uſqꝫ ad mortē. Ergo in-
troierūt aque vſqꝫ ad aīam meam. Hanc
q̄ppe vitā dixit aīam ſuā: quouſqꝫ illi acce-
dere ſeuiendo potuerūt. Sed nunq̄d hoc
poſſent niſi ab ipo ꝑmitterēꝶ? Uñ ĝ aliq̄d
tāqꝫ inuitus patiaꝶ ſic clamat: niſi quia ca-
put mēbra ſua p̄figurat? Paſſ⁹ ē q̄ppe ille
qꝛ voluit: martyres v̈o etiā ſi noluerit. Pe-
tro nanqꝫ ita p̄dixit paſſionē ſuā. Cum ſe-
nueris inq̄t alius te p̄cinget ꝛ fert quo tu ñ
vis. Quāqꝫ eni chriſto inherere cupiam⁹:
mori tñ nolum⁹: ꝛ ideo libenꝶ vꝉ poti⁹ pa-
tienter patimur: quia alius tranſit⁹ non da-
tur per quem chriſto cohaream⁹. Nā ſi poſ-
ſemus aliꝶ ꝑuenire ad chriſtū id ē ad vitā
eternā q̄s vellet mori? Naturā q̄ppe nr̄am:
id eſt ꝯſortiū quoddā aīe ꝛ corpis ꝛ quan-
dam in his duob⁹ familiaritatē ꝯglutina-
tionis atqꝫ cōpaginis exponēs quodā lo-
co apl̄s ait: habere nos domum nō manu-
factā eternā in celꝭ: id eſt imortalitatem pre-
paratā nobis q̄ induendi ſum⁹ in finem cū
reſurrexerim⁹ a mortuis: ꝛ ait: in quo nolu-
muſ ſpoliari ſ3 ſupueſtiri: vt abſorbeaꝶ mor-
tale a vita. Si fieri poſſet ſic vellem⁹ aut fie-
ri immortales: vt iam veniret ipa immorta-
litas: ꝛ mō ſicut ſum⁹ mutaret nos: vt mor-
tale h̄ nr̄m abſorbereꝶ a vita: nō ꝑ mortem
corpus punireꝶ: vt in fine iterū reciperetur.
Quis ĝ a malꝭ ad bona trāſeamus: tamen
ipe trāſitus aliquantū amarus eſt: ꝛ h3 fel
qđ dederunt dn̄o in paſſione iudei: habet
acre quiddā tolerandū: quo oſtenduꝶ qui
eū aceto potauerūt. Prefigurās ĝ ꝛ tranſ-
formās in ſe noſipos h̄ ait. Saluū me fac
deus qm̄ intrauerunt aque vſqꝫ ad animā
meā. Potuerūt q̄ ꝑſecuti ſunt etiā occidē-
re: ſ3 amplius q̄d faciāt nō habebūt. Pre-
miſit eni exhortationē ipe dn̄s dicēs. No-
lite timere eos q̄ corpus occidūt: ꝛ ampli⁹
nō habent q̄d faciāt: ſed eū timete q̄ habet
ptātem ꝛ corpus ꝛ aīam occidere in gehē-
nam ignis. Maiore timore minora contē-

nim⁹: ꝛ maiore eternitatis cupiditate om-
nia tꝑalia faſtidim⁹: Nam h̄ delitie tꝑales
dulces ſunt: ꝛ tribulationes tꝑales amare
ſunt. Sed quis nō bibat tribulatiōis tꝑa-
lis poculū: metuens ignē gehennaruz? Et
q̄s nō ꝯtemnat dulcedinē ſeculi: inhians
dulcedini vite eterne? Hinc ergo vt libere-
mur clamem⁹ ne forte in p̄ſſuris ꝯſentiam⁹
iniq̄tati: ꝛ vere irreparabiliter ſorbeamur.
Saluū me fac de⁹ qm̄ intrauerūt aque vſ-
qꝫ ad aīam meā. **Infixus ſum in li-
mo profundi: ꝛ nō eſt ſubſtantia.**
Quid dicit limū? An ipos q̄ ꝑſecuti ſunt?
De limo eni factus eſt hō: ſed iſti cadēdo
a iuſticia limus ꝓfundi facti ſunt: q̄bus ꝑ-
ſequentib⁹ ꝛ ad iniq̄tatē trahere cupiētib⁹
q̄ſq̄s non conſenſerit de limo ſuo auruz fa-
cit. Merebiꝶ eni limus ipius ꝯuerti in ha-
bitudinē celeſtem: ꝛ ſocius fieri titulo pſal-
mi: ꝓ his qui cōmutabunꝶ. Iſti aūt cum li-
m⁹ ꝓfūdi eſſent heſi i illꝭ: id ē tenuerūt me:
p̄ualuerūt mihi: occiderūt me. Infixus ſū
ĝ in limo ꝓfundi: ꝛ nō eſt ſuba. Quid ē h̄:
nō eſt ſubſtantia? Nunq̄d nā ipe lim⁹ non
eſt ſuba? An ego inherendo fact⁹ ſum non
eſt ſuba? Quid eſt ĝ: infixus ſum? Nunq̄d
nam ſic heſit chriſtus? Aut v̈o heſit: an ñ:
ſicut dictū eſt in libro Iob: Terra tradita
eſt in man⁹ impij? An ſm corpus infixus ē
qꝛ teneri potuit: ꝛ ipam crucifixionē habe-
bat? Niſi eni clauis fixus eſſet: crucifixus
nō eſſet. Uñ ĝ non eſt ſubſtātia? An limuſ
ille non eſt ſuba? Intelligamus ĝ ſi potue-
rimus quid ſit non eſt ſuba: ſi p̄us intellexe-
rimus quid ſit ſubſtātia. Subſtātia quip-
pe dꝛ ꝛ diuitiarū: ſm quam dicim⁹ habuit
ſuba3 ꝛ ꝑdidit ſubſtātiā. S3 nūq̄d hoc pu-
tabim⁹ hic dictū eſſe: ꝛ nō eſt ſubſtātia: id ē
non ſunt diuitie: q̄ſi mō aliquid de diuitijſ
agereꝶ: aut aliq̄ q̄ſtio de diuitijs ageretur.
An forte qꝛ ille ipe lim⁹ pauꝑtas erat: ꝛ di-
uitie nō erūt niſi q̄ſi eternitatis ꝑticipes ef-
fecti fuerim⁹? Tūc ſunt eni vere diuitie q̄ñ
nobis nihil deerit. Pōt etiā ſm h⁹ v̈bi in-
tellectū accipi ſenſus iſte vt diceret. Infi-
xus ſū in limo ꝓfundi: ꝛ nō eſt ſba: id ē ad
pauꝑtatē ꝑueni. Nā h̄ dicit: Pauꝑ et do-
lens ego ſum. Dicit ꝛ apl̄s. Qm̄ ꝓpꝝ vos
pauꝑ fact⁹ ē cū eſſet diues: vt illiuſ inopia
vos ditaremini. Ergo paupertatem ſuam
volens dominus nobis commendare for-
taſſe dixerit: Non eſt ſba. Ad ſummā eni
paupertatem ꝑuenit q̄ñ formā ſui ſe induit.
Diuitie ei⁹ q̄ ſūt? Qui cū i forma dei eſſet:

nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem
deo. He magne incompabileſq; diuitie.
Vñ ergo iſta paupertas? Quia ſemetipm
exinaniuit formã ſui accipiẽs in ſimilitu/
dinẽ hoim factus ⁊ habitu inuẽtus vt hõ:
hũiliauit ſe factus obediens vſq; ad mor/
tem vt diceret: Introierũt aq̃ vſq; ad aiaʒ
meã. Adde ſup mortẽ: q̇d amplius addi/
turus es? Ignominiã mortiſ. Jõ ſequitur:
Mortem aũt crucis. Mag̃ pauptas: ſed
hinc erũt magne diuitie: quia ſicut ĩpleta
eſt pauptas eiꝰ: ita ⁊ implebunꝭ diuitie no
ſtre de pauptate ipſius. Quantas diuitias
hʒ vt de ſua pauptate nos diuiteſ faceret:
Quales nos facturꝰ eſt de diuitijs ſuis q̃s
diuites fecit de pauptate ſua? Infixus ſuʒ
in limo ꝓfundi: ⁊ nõ eſt ſuba. Intelligitur
alio mõ ſuba illud quod ſumus: q̇cquid ſu
mus. Sed ad h̃ intelligendũ eſt aliq̃nto dif
ficilius q̃ꝫ res vſitate ſunt. Sʒ qꝛ inuſita
tum v̇bũ eſt: indiget cõmendatiõis ⁊ expo
ſitionis aliquãtule: cui tñ ſi intenti fueritis
fortaſſis in eo non laborabimꝰ. Dicitꝭ hõ:
dicitꝭ pecus: dicitꝭ t̃ra: dicitꝭ celũ: ſol: lũa: la
pis: mare: aer: omnia iſta ſube ſunt: eo ipo
quo ſunt. Nature ipe ſube dicũꝭ. Deus ẽ
q̇dam ſuba. Nam qȯ nulla ſubſtãtia ẽ: ni/
hil omnino eſt. Suba g̃ aliq̇d eſſe eſt. Vñ
etiã ĩ fide catholica ꝯ venena q̇rũdã here/
ticorũ ſic edificamur: vt dicamꝰ p̃rem ⁊ fi/
lium ⁊ ſpũmſanctum vnius ſubſtãtie eſſe.
Quid ẽ vniꝰ ſubſtãtie? Verbi grã. Si au/
rum eſt paꝭ: aurũ ⁊ filius: aurũ ⁊ ſpũſſan/
ctus. Quicq̇d eſt pater qȯ deꝰ eſt: h̃ filius:
h̃ ſpũſſanctꝰ. Cũ aũt pater eſt: nõ illud eſt
qȯ eſt. Pater enĩ nõ ad ſe: ſ; ad filiũ dicitꝭ.
Ad ſe aũt deus dicitꝭ. Itaq; eo qȯ deꝰ eſt:
hoc ipo ſubſtãtia: ⁊ qꝛ eiuſdẽ ſubſtãtie fili/
us: ꝓculdubio ⁊ filius deus. At vero qȯ
pater eſt: qꝛ nõ ſubſtãtie nomẽ eſt: ſ; referꝭ
ad filiũ: nõ ſic dicimus filium patrem eſſe:
quõ dicimus filiũ deũ eſſe. Queris q̇d ſit
pater? Rñdeꝭ deus. Queris q̇d ſit filius?
Rñdeꝭ deus. Queris q̇d ſit p̃r ⁊ filiꝰ? Re
ſpondeꝭ deus. De ſolo patre interrogatuſ
deum reſponde: de ſolo filio interrogatus
deũ reſponde: de vtroq; interrogatus nõ
deos: ſ; deum rñde. Nõ ſicut in hoibus q̃/
ris q̇d ſit pater abraam: rñdeꝭ hõ: ſubſtan/
tia eius reſpondeꝭ. Queris q̇d ſit filius eiꝰ
Iſaac: reſpondeꝭ hõ eiuſdem ſube Abra/
am ⁊ Iſaac. Queris q̇d ſit Abraam ⁊ Iſa
ac: non reſpõdeꝭ hõ: ſ; hoies. Non ſic ĩ di
uinis. Tanta enĩ ibi eſt ſubſtãtie ſocietas:

vt eq̃litatem admittat: pluralitatẽ ñ admit
tat. Si g̃ tibi dictũ fuerit: cum dicis mihi fi
lium hoc eſſe qȯ pater eſt: profecto ⁊ filius
p̃r eſt reſponde ſcd̃m ſubſtantiaʒ: tibi dixi
hoc eſſe filiũ qȯ pater eſt: non ſ̃m id quod
aliud dicitꝭ. A ſe enim deus dicitꝭ: ad patrẽ
filius dicitꝭ. Ruſuſq; pater ad ſe deꝰ dici
tur: ad filium paꝭ dicitꝭ. Qȯ dicitꝭ ad filiũ:
pater nõ eſt filius: qȯ dicitꝭ filius ad patreʒ
non eſt pater. Qȯ dicitꝭ ad ſe pater ⁊ filius
ad ſe: h̃ eſt pater ⁊ filius: ideʒ deus. Quid
eſt ergo non eſt ſuba? Scd̃m hunc intelle/
ctum ſubſtãtie quomõ poterimꝰ intellige/
re iſtam pſalmi ſententiã: Infixus ſuʒ in li
mo ꝓfundi ⁊ non eſt ſubſtãtia? Deus fecit
hominẽ ſubſtantiã fecit atq; vtinã mane/
ret in eo quod deus fecit. Si maneret hõ
ĩ eo quod fecit deus: nõ in illo infixus eſſʒ
quem deus genuit. Porro aũt qꝛ ꝑ iniqui
tatem hõ lapſus eſt a ſubſtãtia ĩ qua factꝰ
eſt: iniq̃tas q̇ppe ipa nõ eſt ſubſtãtia. Non
enim iniquitas eſt natura quam formauit
deus: ſed iniq̃tas eſt ꝑuerſitas quam fecit
hõ. Venit filius dei ad limũ ꝓfundi et in/
fixus eſt: ⁊ nõ erat ſubſtãtia in q̃ infixuſ eſt:
qꝛ in iniq̃tate illorũ infixus eſt. Infixus ſũ
in limo ꝓfundi ⁊ nõ eſt ſubſtãtia. Qm̃ per
ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factũ ẽ nihil. Na
ture omnes ꝑ ipm facte ſunt: iniq̃tas ꝑ ip/
ſum facta non eſt: qꝛ iniq̃tas facta non eſt.
Subſtãtie ille ꝑ eum facte ſunt: q̃ laudant
eũ. Vniuerſa creatura laudãs deũ a tribꝰ
puerl̃ in camino cõmemoratꝭ: ⁊ a terrenis
ad celeſtia: vl̃ a celeſtibus ad terrena hymi
nus laudantiũ ꝑuenit deuʒ: nõ quo cũcta
iſta habeant ſenſum laudãdi: ſed quia cũ/
cta bene cogitata laudẽ pariũt: ⁊ ĩpletꝭ cor
cõſideratione creature ad eructãdũ hym/
num creatori. Laudãt omnia deũ: ſed que
fecit deus. Nunq̇d in illo hymno aduerti
ſtis qȯ auaricia laudet deũ? Omnia q̇ppe
repẽtia nomiata ibi ſunt in laude dei. No/
minata ſunt omnia repẽtia: ſed nõ ſunt ibi
nominata aliqua vitia. Vitia enim ex no/
bis ⁊ ex noſtra voluntate habemꝰ: ⁊ vitia
non ſunt ſuba. In his infixus ẽ dñs: quan
do ꝑſecutionem paſſus eſt in vitio iudeo/
rum: nõ in ſubſtãtia hominũ que ꝑ illuʒ fa
cta eſt. Infixus ſum inquit in limo profun
di ⁊ nõ eſt ſubſtãtia: Infixus ſum ⁊ nõ in/
ueni quod feci. Veni in altitudinẽ
maris: ⁊ tẽpeſtaſ demerſit me. Grãſ
ipiꝰ miſcdie q̇ veit ĩ altitudinẽ maris ⁊ glu
tiri a marino cẽto digꝰ ẽ: ſ; euomiꝰ ẽ ter/

tio die. Uenit in altitudinem maris in qua altitudine nos depſſi eramꝰ: in q̄ altitudīe nos naufragiuȝ paſſi eramus. Uenit illuc ipe: ⁊ tempeſtas demerſit illū: qꝛ fluctꝰ ibi paſſus ē ipos hoies: tēpeſtates: voces dicētium crucifige crucifige: dicēte Pilato. Nō inueni cauſam vllā in hoc hoie quare occidēdus ſit. Inualeſcebāt voces dicentiū: crucifige: crucifige. Augebaᷓ tēpeſtas donec demergereᷓ q̇ venerat in altitudinē maris: ⁊ paſſus eſt dn̄s inter manꝰ iudeoꝝ qꝺ nō eſt paſſuſ cū ſup aq̄s ambularet: qꝺ non ſolū ipe paſſus nō erat: ſ; nec Petruȝ pati pmiſerat. Ueni in altitudinē maris: ⁊ tēpeſtas demerſit me. **Laboraui clamans rauce facte ſunt fauces mee:** Hoc vbi: Hoc qn̄: Interrogemꝰ euāgeliū Paſſionē q̄ppe dn̄i noſtri in h̄ pſalmo cognoſcimꝰ: eq̄dem paſſum eū nouimꝰ: itraſſe aq̄s vſq; ad aiam eiꝰ: qꝛ ꝑpli ꝑualuerunt vſq; ad mortē eius. Legimꝰ: credimꝰ tēpeſtate illū demerſum eſſe: qꝛ ꝑualuit ſeditio ad eū occidendū. Agnoſcimꝰ verū eſſe laboraſſe eū clamando: ⁊ raucas factas eſſe fauces illiꝰ: nō ſolū nō legimꝰ: ſ; etiā ꝯ legimus: qꝛ nō reſpōdebat eis v̇bū: vt ipleret qꝺ in alio pſalmo dictū ē. Factꝰ ſum quaſi hō nō audiēs: ⁊ non hn̄s in ore ſuo redargutiones. Et qꝺ in Eſaia ꝓphetatum eſt. Sicut ouis ad imolandum ductꝰ ē: ⁊ ſicut agnus coram tondēte ſe: ſic nō aperuit os ſuū. Si factꝰ ē ſicut hō nō audiēs ⁊ nō habens in ore ſuo redargutiōes: quō laborauit clamās: ⁊ rauce facte ſunt fauces eius: An iō iā tūc tacebat: qꝛ raucuſ erat: qꝛ ſine cā tn̄ clamauerat: Et illā q̇dem eiꝰ vocem de pſalmo q̇dā in cruce nouimꝰ: Deꝰ meꝰ deus meꝰ vt q̇d me dereliq̇ſti: S; quanta illa vox fuit: aut q̄ diuturna vt i ea rauces facte eſſent fauces eiꝰ: Diu clamauit: Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei: diu clamauit: Ue mūdo ab ſcandaliſ. Et reuera quō raucus clamabat: ⁊ ideo nō intelligebaᷓ qn̄ dicebant iudei. Quid ē qꝺ dicit: Durus eſt h̄ ſmo: q̇s pōt illū audire: Nō ſcimus q̇d dicat. Ille oia v̇ba dicebat: ſ; illis rauce fuerūt fauces eius: q̇ voces eius nō intelligebant. Laboraui clamās rauce facte ſūt fauces mee. **Defecerūt oculi mei† ab ſperando in deū meū.** Abſit hoc vt a pſona capitis accipiaᷓ: abſit vt deficerēt oculi eiꝰ ab ſperando in deuȝ eius in q̇ magis deus erat mūdū recōcilians ſibi: ⁊ q̇ verbuȝ caro factū ē ⁊ habitauit in nobis: vt nō ſolum deus in illo eſſet: ſed etiā ipe deꝰ eſſet. Non ḡ ita: nō ipius capitis oculi nr̄i defecerūt ab ſperādo in deū eius: ſ; defecerunt oculi eiꝰ in corpe eius: id eſt in mēbris eiꝰ. Hec vox membroꝝ ē: hec vox corpis eſt: non capitis. Quō eam ergo in eius corpore mēbriſq; inuenimꝰ: Quid aliud dicam: quid aliud cōmemoreȝ: Quādo paſſuſ ē: qn̄ mortuus eſt: oēs diſcipuli deſperauerūt qꝺ ipe eſſet chriſtꝰ. A latrone apl̄i victi ſūt q̇ tunc credidit qn̄ illi defecerūt. Uide mēbra eius deſperātia: attende duos illos q̇s poſt reſurrectionē inuenit in via colloquētes ſecum: quoꝝ vnus erat Cleophas: qn̄ detinebanᷓ oculi eoꝝ ne eum agnoſcerēt. Quō eni oculis agnoſcerēt a quo mēte titubabant: Factū erat aliq̇d in oculis eoꝝ ſimile mentis ipoꝝ. Loquebāᷓ eni inter ſe: ⁊ cum compellerenᷓ vn̄ loquerētur ab eo: reſponderūt. Tu ſolus ꝑegrinus i hierlm: ⁊ neſcis q̇ facta ſunt quō Jeſus nazarenꝰ potens in factis ⁊ dictis occiſus ē a ſenioribus ⁊ p̄ncipibꝰ ſacerdotū: ⁊ nos ſperabamus qꝺ ipe erat redempturus iſrl̄. Sperabant ⁊ nō ſperabāt. Defecerūt oculi eoruȝ ab ſperādo in deū meū. Hanc ſpem reddidit qn̄ cicatrices palpandas obtulit: quaſ cū tetigiſſet Thomas rediꝫt ad ſpem quaȝ ꝑdiderat ⁊ exclamauit: Dn̄s meus ⁊ deuſ meus. Defecerūt oculi mei ab ſperando i deum meū. Palpaſti cicatrices: ⁊ inueniſti deū tuū. Palpaſti formā ſui: ⁊ cognouiſti dn̄m tuuȝ. Cui tamē ipe dn̄s ait: quia vidiſti credidiſti. Et nos prenūcians voce miſericordie ſue: Beati inq̇t qui non vident ⁊ credunt. Defecerunt oculi mei ab ſperando in deum meum. **Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei: q̇ oderūt me gratis.** Quoniā mltiplicati vt adderēt ſibi vnum ex duodeci: multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei qui oderunt me gratiſ. Capillis capitis ſui cōparauit inimicos ſuos. Merito raſi ſunt: quādo in loco caluarie crucifixus eſt. Accipiant mēbra vocem hanc: diſcant odio haberi gratis. Jam enim ſi neceſſe eſt chriſtiane vt mundus oderit te: quare non facis vt gratis oderit te: vt in corpore domini: et in hoc pſalmo de illo ꝑmiſſo agnoſcas vocem tuā: Quomō fiet vt oderit te mundus gratis: Si nihil cuiq; noceas: et ſic odio habearis. Hoc eſt enim gratis ſine cā. Paruȝ ſit tibi ſine cauſa odio haberi: inſuper et preſta vt retribuant tibi mala

† Alia lr̄a Ī ſpero tenim ſpero

Alia lr̄a. †ꝑſecuti ſunt.

ꝓ bonis. Confortati ſunt inimici
mei: qui †ꝑſequunt me iniuſte. Qd
dixi multiplicati ſunt ſup capillos capitis
mei: hoc poſtea ꝯfortati ſunt inimici mei:
⁊ qđ pͥmo qui oderūt me grat: hoc poſtea
qui ꝑſequūtur me iniuſte. Quod eſt grat
hoc eſt iniuſte. Ipſa eſt vox martyrū: nō in
pena: ſed in cauſa. Nō ꝑſecutionē pati: nō
teneri: nō flagellari: nō includi: non ꝓſcri
bi: nō occidi laus eſt: ſed habēdo cauſam
bonā iſta pati laus eſt. Laus eñ eſt in cau-
ſe bonitate: non in pene acerbitate. Nam
quātumcūqꝫ fuerint ſupplicia martyrū: nū
quid equātur ſupplicijs oīm latronū: om-
niū ſacrilegorū: omniū ſceleratorū? Quid
eñ ⁊ hos odit mundus? Odit plane. Ex-
cedūt eñ mundi medietatē: amplitudinē
malicie: ⁊ ab ipſa mūdanoꝝ quodāmodo
hominū ſocietate alieni ſunt: infeſtātes pa
cem etiā terrenā: ⁊ patiūtur multa mala: ſꝫ
nō gratis. Deniqꝫ vide vocē illius latro-
nis cū dño in cruce pendentis. Cū inſulta
ret ex alia parte vnus duoꝝ latronuꝫ dño
crucifixo: ⁊ diceret: Si filꝰ dei es libera te:
cōpeſcuit illū alter ⁊ dixit: Tu nō times de
um: vel qꝛ in eadē damnatiōe poſitus es?
Et nos quidē recte ꝓ factis noſtris. Ecce
nō gratis: ſed ꝯfeſſione effudit ex ſe ſangui
nem: ⁊ factus eſt aptus cibo dñi. Excluſit
īiquitatē ſuā: accuſauit eā: ⁊ caruit ea. Ec
ce ibi duo latrones: ibi ⁊ dñs: ⁊ illi crucifi-
xi: ⁊ ille crucifixus: ⁊ illos odio habuit mū
dus: ſꝫ nō gratis: ⁊ illū odio habuit ſꝫ grat.
Que nō rapui tunc exoluebā. Hoc
eſt gratis nō rapui ⁊ exoluebā: ñ peccaui ⁊
penas dabā. Solꝰ eñ ipe talis: ipe vo nihil
rapuit: nō ſolū nihil rapuit: ſꝫ etiā qđ nō de
rapina habebat: ſꝫ ſe euacuauit vt ad nos
veniret. Nō eñ rapinā arbitratus eſt eē ſe
equalē deo: ⁊ tñ ſemetipm exinaniuit for-
mā ſerui accipiens. Omnino non rapuit.
Sed qs rapuit? Adaꝫ. Quis rapuit pͥmo?
Ille ipſe qui ſeduxit Adā. Quō rapuit di-
abolus? Ponā ſedē meam ad aquilonē: ⁊
ero ſimilis altiſſimo. Vſurpauit ſibi qđ nō
acceperat. Ecce rapina: vſurpauit qđ non
acceperat: ꝑdidit qđ acceperat: ⁊ de ipſo
calice ſuperbie ſue: ei quē decipere volebat
ꝓpinauit. Guſtate inquit ⁊ eritis ſicut dij.
Rapere voluerūt diuinitatē: ꝑdiderūt fe-
licitatē. Ille ergo rapuit ⁊ iō exoluit. Ego
aūt inquit que nō rapui tūc exoluebā. Ip
ſe dñs ꝓpinquans paſſioni: in euāgelio ſic
loquitur: Ecce venit pͥnceps huiꝰ mundi:
id eſt diabolus: ⁊ in me nihil inueniet: id ē
quare me occidat nō inueniet. Sed vt ſci-
ant oēs gētes qꝛ voluntatē pr̄is mei facio:
ſurgite eamus. Et ijt ad paſſionē ſoluere
quod nō rapuit. Quid eſt eñ in me nihil
inueniet? Nullā culpā. An aliquid perdi-
dit de domo ſua diabolus? Iſte diſcutiat
raptores: nihil apud me inueniet. Et tñ ni
hil rapuiſſe ſe dicit peccatū attendens: ni-
hil vſurpaſſe quod eius non erat. Hoc eſt
eñ rapine: hoc iniquitatis. Nam ab ipſo
diabolo extorſit quos ipſe rapuerat. Ne-
mo inquit in domū fortis intrat ⁊ vaſa eiꝰ
diripit: niſi prius alligauerit fortē. Alliga-
uit fortē ⁊ vaſa eius diripuit: certe nō rapu
it. Sed reſpondet tibi. Vaſa iſta de domo
mea magna ꝑierāt: nō furtū feci: ſed fur-
tū recepi. Deus tu ſcis †impruden

Alia lr̄a: †inſipientiā.

tiam meā: Iterū ex ore corporis. Nam
que imprudētia in chriſto? Nōne ipe ē dei
virtus ⁊ dei ſapiētia? An illā dicit impru-
dentiā ſuā: de qua dicit Aplus: Stultum
dei ſapiētius eſt hoībus? Imprudētiā me-
am hoc ipſum qđ in me irriſerūt qui ſibi vi
debantur eſſe ſapientes: tu ſcis quare fie-
ret: tu ſciſti imprudentiā meā. Quid eñ tā
ſimile imprudentie qꝫ cū haberet in ptāte:
vna voce ſuos ꝑſecutores ꝓſternere pate-
retur ſe teneri: flagellari: cōſpui: colaphiza
ri: ſpinis coronari: ligno affigi: impruden-
tie ſile eſt: ſtultū videt: ſed ſtultū hoc ſupe-
rat oēs ſapiētes. Stultū qdē ē granū: ſꝫ qñ
cadit i terrā: ſi nemo ſciat ꝯſuetudinē agri
colarū ſtultū videtur. Labore magno me-
tit: portatur ad areaꝫ: trituratur: ventilatur:
pſiſti vt caderes. Data ē ergo lex vt egruz
de morbo cōuinceret: qui ſibi ſan⁹ videba
tur: vt peccata demōſtrarent̄: nō vt aufer
rent̄. Demōſtrato peccato ꝑ datā legē au
ctum eſt peccatū: quia peccatū eſt et cōtra
legem. Occaſione inquit accepta pecca-
tū ꝑ mādatū opatū eſt in me omnē concu
piſcentiam. Quid eſt occaſione accepta
ꝑ mandatū: Acceptū mandatū quaſi vi-
ribus ſuis conati ſunt facere hoies: victi
cōcupiſcētia: etiam ipſius mādati trāſgreſ

ſione rei facti ſunt. Sed q̇d ait Apl̄s: Ubi aūt abundauit peccatum: ſupabundauit gratia: id eſt auctus eſt morb⁹: cōmendata eſt medicina: Propterea fratres quiꝗ ille porticus ſalomonis: nūquid curabāt egrotos vbi erat piſcina in medio eorum? Et iacebāt inquit egroti in q̄nꝗ porticib⁹: in euāgelio lectū habem⁹. Quinꝗ ille porticus: lex eſt in quinꝗ libris moyſi. Ad h̄ ꝑducebant̄ egroti de domib⁹ ſuis: vt iacerēt i porticib⁹. Ergo lex ꝓducebat egros: nō ſanabat. Sed benedictione dn̄i turbabat̄ aqua: tanꝙ angelo deſcendente viſa aqua turbata: qui poterat vnus deſcendebat ⁊ ſanabatur. Aqua illa cincta quinꝗ porticibus: ppl̄s iudeoꝝ erat lege concluſus. Hunc ꝯturbauit domin⁹ p̄ſentia ſua: vt occideret̄. Niſi eni deſcenſu ſuo dominus ꝯturbaret ppl̄m iudeoꝝ: nunꝗ crucifigeret̄. Itaꝗ ꝯturbata aqua: paſſionē domini ſignificabat: q̄ facta eſt ꝯturbata gente iudeoꝝ. In hanc paſſionē credit lāguidus tanꝙ in aquā turbatā deſcendēs ⁊ ſanat̄. Qui nō ſanabat̄ lege: id eſt porticib⁹: ſanat̄ gratia ꝑ paſſiōis fidem dn̄i nr̄i Jeſu chriſti. Unus: quia vnitas. Ergo ⁊ hic q̇d ait? Aſcenſus in corde eius: diſpoſuit in cōualle plorationis: in loco quē diſpoſuit Jam in illo loco gaudebim⁹. Quare autē in cōualle plorationis? Et ex qua cōualle plorationis: ad illū locū gaudij veniem⁹?

Alia lr̄a. † Etenī. † legiſlator.

† Nā ⁊ benedictionē: inquit: dabit † qui legē dedit: Afflixit nos lege: p̄ſſit nos lege: oſtendit nos torcular: vidimus p̄ſſurā: carnis noſtre tribulationē cognouim⁹: ingemuim⁹ reuelāte peccato: aduerſus mentē noſtrā clamauim⁹: miſer ego homo: ſb̄ lege gemuim⁹. Quid reſtat: niſi vt benedictionē det qui legē dedit? Adueniat gratia poſt legē: ipa eſt bn̄dictio. Et q̇d nobis p̄ſtitit iſta gratia ⁊ bn̄dictio? † Ambulabūt a virtutib⁹ in virtutē: Hic eni ꝑ gratia multe virtutes dant̄. Alij quidem dat̄ ꝑ ſpiritū ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ſcd̄m eundē ſpiritū: alij fides: alij donatio ſanitatū: alij genera linguaꝝ: alij interp̄tatio ſermonuꝫ: alij ꝓphetatio. Multe: virtutes ſed neceſſarie h̄: ⁊ ab his virtutib⁹ imus in virtutē. Quā virtutem? Chriſtū dei virtutē ⁊ dei ſapientiaꝫ. Ipſe dat diuerſas virtutes in loco hoc: qui pro omnibus virtutib⁹ neceſſarijs in conualle plorationis ⁊ vtilitatib⁹ dabit vnā virtutē ſeipm̄. Naꝫ ⁊ virtutes agende vite noſtre

Alia lr̄a. † ibūt de virtute.

quattuor deſcribunt̄ a multis: ⁊ in ſcriptura inueniunt̄. Prudentia dicit̄ qua dinoſcimus inter bonū ⁊ maluꝫ. Juſticia dicit̄ qua ſua cuiꝗ tribuim⁹: nemi q̇cꝗ debentes: ſed oēs diligētes. Tempantia dicitur qua libidines refrenamus. Fortitudo dicitur qua oīa moleſta toleram⁹. Iſte virtutes nūc i cōualle plorat iōis ꝑ grāꝫ dei donant̄ nobis: ab his virtutib⁹ imus in illam virtutē. Et que erit illa virt⁹: niſi ſolius cōtemplatiōis dei? Neceſſaria ibi nō erit iſta prudētia: vbi nulla mala occurſura ſunt q̄ videmus. Sed quid putam⁹ fratres? Nō iſta iuſticia vbi nulla erit cuiuſꝗ indigentia cui ſbuenire debeam⁹. Nō iſta temperātia: vbi nulla erit libido refrenāda: Nō iſta fortitudo: vbi nulla erūt mala toleranda. Ergo ab his virtutib⁹ hui⁹ actiōis ibimus in virtutē illius cōtemplationis: qua ꝯtemplemur deū: ſicut ſcriptū eſt: Mane aſtabo tibi ⁊ cōtemplabor. Et audi q̄ ab hui⁹ actionis virtutib⁹: in illam cōtemplationē ibim⁹. Sequit̄ ibi. Ibūt a virtutib⁹ in v̊tutē. Quā virtutē? Cōtēplādi. Quid eſt cōtemplādi? † Apparebit deus deorū in ſyon. Deus deoꝝ chriſtus chriſtianoꝝ. Quō de⁹ deoꝝ chriſtus chriſtianorū? Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij altiſſimi omnes. Dedit enim eis poteſtatē filios dei fieri: ille in quē credimus: pulcher ſponſus: qui hic ꝓpter deformitatē noſtram deformis apparuit. Quia vidimus eū inquit: ⁊ nō habebat ſpecieꝫ neꝗ decorē. Finita oī neceſſitate mortalitatis: ſicuti eſt de⁹ apd̄ deū. verbū apud patrē: ꝑ quod facta ſunt oīa: apparebit mundis corde. Beati eniꝫ mundi corde: qm̄ ipſi deū videbūt. Apparebit de⁹ deoꝝ in ſyon. Et rurſus iſte a cogitatione illoꝝ gaudioꝝ: redit ad ſuſpiria ſua. Uidet quid p̄uenerit ſpe: ⁊ vbi adhuc ſit re. Apparebit tūc deus deoruꝫ in ſyon. Hoc eſt: vnde gaudebimus: ipſum in ſecula ſeculoꝝ laudabim⁹. Sed adhuc modo temp⁹ eſt orādi: temp⁹ eſt dep̄candi: et ſi aliquātū gaudendi: ſed adhuc i ſpe. In peregrinatione ſum⁹: in cōualle plorationis ſumus. Ad hui⁹ ergo loci gemitū rediens dicit. Domine de⁹ virtutū exaudi † p̄cem meā: auribus ꝑcipe deus Jacob. Quia ⁊ ipm̄ Jacob feciſti: ⁊ de Jacob iſrael. Apparuit eni illi de⁹: ⁊ dictus eſt iſrael vidēs deū. Audi ergo me deus Jacob: ⁊ fac me iſrael. Quādo fiam iſrael? Cū apparebit deus deorum in ſyon.

Alia lr̄a. † videbit̄.

Alia lr̄a. † orationē.

Protector noſter aſpice de⁹: Sub
vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabũt. Ideo ꝓtector
noſter aſpice deus. Et reſpice in faci
em chriſti tui. Qñ enĩ nõ reſpexit in fa
ciem chriſti ſui deus? Quid eſt reſpicere ĩ
faciẽ chriſti tui? Per faciez innoteſcimus.
Quid ẽ ḡ reſpice ĩ faciẽ chriſti tui? Fac in
noteſcere omnib⁹ chriſtũ tuũ. Reſpice in
faciẽ chriſti tui: notus ſit omnib⁹ chriſt⁹ tu
us: vt poſſim⁹ ire a virtutibus in virtutẽ: ⁊
poſſit ſuꝑabundare gratia: qm̃ abundauit
Alia lra. † Quia, peccatũ. † Qm̃ melior eſt dies vna
ĩ atriꝭs tuis: ſuꝑ milia. Atria illa ſũt
in q̃ ſuſpirabat in q deficiebat. Deſiderat
⁊ deficit aĩa mea in atria dñi. Melior ibi
eſt dies vna ſuꝑ milia dierũ. Milia dieꝝ
deſiderãt hoĩes: ⁊ multũ hic volũt viuere
Cõtẽnãt milia dierũ: deſiderẽt vnũ diem
qui nõ habet ortũ ⁊ occaſũ: Unũ diem: di
em ſempiternũ: cui nõ cedit heſtern⁹: quẽ
nõ vrget craſtin⁹. Ipſe vn⁹ dies deſidere
tur a nobis. Quid nobis eſt cũ milib⁹ die
rum? Imus a milib⁹ dierũ ad vnuz diem.
Ad vnũ diẽ feſtinem⁹: ſicut imus a virtu
Alia lra. tibus in virtutẽ. Elegi † abijci in do
† abiect⁹ eſſe. mo † dñi: magis ꝙ̃ habitare in ta
† dei mei. bernaculis peccatoꝝ. Inuenit enim
iſte cõuallẽ plorationis: inuenit iſte humi
litatẽ vnde aſcendat. Scit q: ſi ſe extolle
re voluerit cadet: ſi ſe humiliauerit erigeť:
eligit abijci vt ſubleueť. Qm̃ multi ꝑter ta
bernaculũ hoc torcularis dñici: id eſt ꝑter
eccleſiã catholicam volentes ſubleuari: et
amãtes honores ſuos: nolunt cognoſcere
veritatẽ: ſi eſſet illis in corde v̇ſus iſte: Ele
gi abijci in domo dñi magiſꝙ̃ habitare
in tabernaculis peccatoꝝ: nõne abijcerẽt
honoreſ: ⁊ currerẽt ad cõuallẽ plorationis:
⁊ hinc inuenirẽt: aſcenſus in corde: ⁊ hinc
irent a virtutib⁹ in virtutẽ: ponentes ſpem
ſuã in chriſto: nõ in neſcio quo hoĩe? Bo
na vox: gaudẽda vox: eligẽda vox: Elegi
abijci in domo dñi: magiſꝙ̃ habitare in ta
bernaculis peccatoꝝ. Ipſe elegit abijci in
domo dñi: ſed ille qui inuitauit ad cõuiui
um eligẽtẽ ĩferiorẽ locũ: vocat ad ſuꝑiorẽ
⁊ dicet illi: Aſcende: Ipſe tñ nõ elegit niſi
eſſe in domo dñi: in quocunqꝫ loco: nõ tñ
extra limẽ. Quare elegit abiectus eſſe ĩ do
mo dñi: magiſꝙ̃ habitare in tabernaculis
pctõꝝ. Quia miſericordiã ⁊ veri
tatem diligit deus: Dñs miſericordiam
diligit: qua mihi in primo ſ̃buenit: Verita
tem diligit: vt credenti det qđ ꝓmiſit. Au
di miſericordia ⁊ veritatẽ in Apl̃o Pau
lo: prius Saulo ꝑſecutore: ĩdigebat miſeri
cordia: ⁊ dixit ĩ ſe factã. Qui pri⁹ fui blaſ
phemus: ⁊ ꝑſecutor ⁊ iniurioſus: ſed mi
ſericordiam conſecutus ſũ: vt in me oſten
deret chriſtus Ieſus oẽm longanimitatẽ:
in eos qui credituri ſũt illi in vitã eternaz:
vt cũ ĩdulgẽtiã tãtoꝝ ſceleꝝ acciperet Pau
lus: nemo deſperare poſſet ſibi donari q̃
cunqꝫ peccata. Ecce habes miſericordiã:
Noluit tũc de⁹ exercere veritatẽ: vt puni
ret peccantẽ. Etenĩ ſi puniret pctõr: nõne
veritas eſſet? Aut auderet dicere: nõ debeo
puniri: qui nõ poſſet dicere non peccaui?
Et ſi diceret: nõ peccaui: cui diceret? Quẽ
falleret? Ergo primo dñs miſericordiã ĩ euz
ꝓrogauit: poſt miſericordiã ⁊ veritatẽ: Au
di illũ iã exigentẽ veritatẽ. Primo ergo in
quit miſericordiã cõſecutus ſum: qui pri⁹
fui blaſphem⁹ ⁊ ꝑſecutor ⁊ iniurioſus: ſed
gratia dei ſum id qđ ſum. Poſtea dicit: cũ
paſſioni ꝓpinquaret: Bonũ agonẽ certa
ui: curſũ cõſũmaui: fidẽ ſeruaui: ſuꝑeſt mi
hi corona iuſticie. Ille qui tribuit miſeri
cordiã ſeruat veritatẽ. Unñ ſeruat veritatẽ?
Quã reddet mihi dñs in illo die iuſtus iu
dex. Indulgẽtiã donauit: coronã reddet.
Donator eſt indulgentie: debitor corone.
Unñ debitor? Accepit aliq̃d? Cui debz ali
quid deus? Ecce videm⁹: q: tenet eũ debi
torẽ Paulus: cõſecut⁹ eſt miſericordiã: ex
igẽs veritatẽ. Reddet mihi inq̃t dñs in illo
die. Quid tibi reddet: niſi quod tibi debz?
Unñ tibi debet? Quid ei dediſti? Quis pri
or dedit illi: ⁊ retribueť ei? Debitorẽ dñs
ipſe fecit ſe: nõ accipiẽdo ſed ꝓmittendo.
Non ei diciť: redde qđ accepiſti: ſed red
de quod promiſiſti. Miſericordiam mihi
erogauit inquit: vt faceret me innocentez:
nam prius fui blaſphemus et iniurioſus:
ſed ex illi⁹ gratia fact⁹ ſum ĩnocẽs. Ille au
tem qui ꝓrogauit miſericordiã: negare po
terit debitũ? Diligit miſericordiã ⁊ verita
tem. Gratiã ⁊ gloriã dabit †. Quam Alia lra habet † dñs.
gratiã: niſi de qua ipſe dixit: Gratia dei ſũ
id qđ ſum? Quã gloriã niſi de qua ipſe di
xit: Suꝑeſt mihi corona iuſticie? Nõ dñs
inquit: nõ priuabit bonis ambulãtes in in
nocentia. Quare ergo hoĩes nõ vultis te
nere innocentiã: niſi vt habeatis bona? Nõ
vultis tenere innocentiã: vt nõ reddat qđ
ille aſſignat? Aurũ vult habere ⁊ ꝑdit ĩno
cẽtiã. Quid lucrať? Quid dãnificať? Ha
bet lucrũ auri: paſſus eſt dãnũ innocẽtie.

Eſt aliqd pcioſi⁹ inocẽtia? Sʒ ſi innocẽtiã
retinebo inquit paup ero. Praue ne diui-
tie ipa innocẽtia? Si arcam plenã auro ha
bueris diues eris: ſi coꝛ habueris plenum
innocentia paup eris? Sʒ hec bona deſi-
derãs: mõ in egeſtate: in tribulatiõe: in cõ
ualle ploꝛationis: in pſſura: in temptatio-
nib⁹ ſerua inocentiã. Erit eni poſtea etiaʒ
bonũ tuũ qꝺ deſideras: requies: eꝛnitas:
imoꝛtalitas: ipaſſibilitas erit poſtea. Ipa
ſunt bona que ſeruat de⁹ iuſtis ſuis: nã bo
na que mõ deſideras p magno: pter que
vis eſſe nocẽs: ⁊ nõ inocẽs: attẽde illa que
habeãt qui talib⁹ abũdãt. Uides diuitias
apud latrones: apud impios: apud ſcele-
ratos: apud turpes: apud flagitioſos ⁊ fa-
cinoꝛoſos vides diuitias: dat illis de⁹ iſta
pter cõmunionẽ generis humani: pter
abundãtẽ affluẽtiã bonitatis ſue: qui etiã
ſolem ſuũ oꝛiri facit ſup bonos ⁊ malos: et
pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Tãta dat ⁊ ma
lis: ⁊ tibi nihil ſuat? Falſum eſt qꝺ tibi pro
miſit? Seruat ſecur⁹ eſto. Qui miſert⁹ eſt
tui cũ eſſes impi⁹: deſerit te cum factus es
pius? Qui peccatori donauit moꝛtem filij
ſui: quid ſuat ſaluato p moꝛtẽ filij ſui? Se-
curus ergo eſto: tene debitoꝛẽ: qꝛ credidi-
ſti in pmiſſoꝛẽ. ¶ Dñs non priuabit
bonis† ambulantes in inocentia. *Alia lra. †eos qui ambulant.*
Ergo quid nobis hic reſtat in toꝛculari: in
afflictione: i re dura: in pſtia vite piculo-
ſe? Quid nobis reſtat: vt illuc pueniam⁹?
Dñe† deus virtutũ beat⁹ homo q̃ *Alia lra nõ hʒ.*
ſperat in te.

¶ Explicit Tractatus de pſ. LXXXIII
Incipit Tractatus de pſ. LXXXIIII

D Eprecati ſum⁹ dñm deũ noſtruʒ:
vt oſtẽdat nobis miſericoꝛdiã ſu-
am: ⁊ ſalutare ũ det nobis. Di-
ctũ eſt hoc quidem in pphetia cũ primuʒ
pſalmi iſti dicerenť: ⁊ ſcriberenť: ceterũ qꝺ
attinet ad hoc temp⁹: iam oñdit dñs genti
bus miſericoꝛdiã ſuã: ⁊ dedit eis ſalutare
ſuum. Ille quidem oſtẽdit: ſed multi ſana
ri nolũt: vt videant hoc qꝺ oſtendit. Sed
qꝛ ipſe ſanat oculos coꝛdis ad videndum
ſe: propterea cũ dixiſſet: Oñde nobis dñe
miſericoꝛdiã tuã: tanq̃ multis cecis dictu
ris quõ videbim⁹: cũ cepit oñdere: adiun
xit: Et ſalutare tuũ da nobiſ. Dãdo eni ſa
lutare ſuũ ſanat in nobis vñ poſſum⁹ vi-
dere quod oſtẽdit: nõ quõ medicus homo
ipſe curat: vt lucẽ iſtã oſtẽdat eis quos cu
rauerit: ⁊ aliud ẽ iſta lux quã demõſtratur⁹
eſt: aliud aũt ipe medicus: qui curat ocłos
quib⁹ oſtẽdat lucẽ: que lux nõ eſt ipſe me-
dicus. Nõ ergo ſic dñs deus noſter. Ipſe
eſt eni medicus qui curat vñ nos videre
poſſum⁹: et ipſe eſt lux quã videre poſſu-
mus. Totũ tñ pſalmũ breuiter quãtũ poſ-
ſumus: quãtũ donat dñs p anguſtia tem
poꝛis attẽti curamus. Titulus eius eſt
In fine: filijs choꝛe pſalmus. Finẽ
nõ intelligimuſ: niſi quẽ dicit Apl's: Finis
enim legis chriſt⁹ ad iuſticiaʒ oĩ credenti.
Ergo cũ primo i titulo pſalmi poſuit: in fi-
nem: direxit coꝛ noſtrũ in chriſtũ. In illuʒ
ſi attendamus: nõ errabimus: qꝛ ipe ẽ ve-
ritas quo feſtinamus: ⁊ ipſe eſt via p quaʒ
curramus. Quid eſt filijs choꝛe? Interp-
tatur choꝛe: ex verbo hebꝛeo in latinũ: cal
uum. Ergo filijs choꝛe filijs calui. Quis
eſt iſte caluus? Nõ vt irrideam⁹ illũ: ſed vt
ploꝛem⁹ ante illũ. Nam ⁊ irriſerũt illũ qui-
dam ⁊ a demonib⁹ vaſtati ſunt: quõ in re-
gnoꝝ libro caluũ Heliſeũ irriſerũt pueri:
dicebãtq̃ poſt illũ: calue calue: pceſſerũt
vrſi de ſilua ⁊ comederũt pueros male ri-
dentes ⁊ plangẽdos a parẽtibus ſuis. Si
gnificauit hoc factũ pphetia quadã: futu
rũ dñm noſtrũ Jeſum chriſtũ. Ille enim a
iudeis irridentib⁹ velut calu⁹ irriſus eſt: q̃
in caluarie loco crucifixus eſt. Nos aũt ſi
in illũ crediderimus filij ipſi⁹ ſumus. No-
bis ergo cantať pſalmus iſte: vbi inſcribiť
filijs choꝛe: ſum⁹ eni filij ſponſi. Ille quip
pe ſponſus dans arras ſponſe ſue: ſangui-
nẽ ſuũ ⁊ ſpiritũſctñ: quo locupletauit noſ
interim in iſta peregrinatione. Adhuc au
tẽ ſeruat nobis occltas diuitias ſuas. Uñ
eni tale pignus dedit? Quid eſt qꝺ ſeruat?
Itaq̃ cantat ei pphetia in futurũ ⁊ vtitur
verbis quaſi iã pteriti tempoꝛis: tanq̃ fa-
cta dicit: que futura erãt: qꝛ apud deum: ⁊
quod futurũ eſt iam factũ eſt. Ibi ergo p
pheta videbat futura nobis: iam vero fa-
cta in illi⁹ puidẽtia ⁊ pdeſtinatione certiſ-
ſima: quõ dic: ⁊ i illo pſalmo vbi oẽs chri-
ſtũ agnoſcũt. Sic eni recitat⁹ ẽ pſalm⁹ tã-
q̃ euãgeliũ legať. Foderũt manus meas
⁊ pedes: dinumerauerũt oĩa oſſa mea: ipi
vero cõſiderauerũt ⁊ inſpexerũt me: diui-
ſerũt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſup veſtẽ meaʒ
miſerũt ſoꝛtẽ. Quis nõ legẽte lectoꝛe pſal-
mũ: agnoſcat euangeliũ? Et tñ cũ dicereť
in pſalmo: nõ dictũ eſt: foſſuri ſunt manuſ
meas ⁊ pedes: ſed foderũt manus meas ⁊
pedes: nec dictũ eſt dinumeraturi ſũt oſſa

mea:ſed dinumeraueꝛūt oſſa mea:nec di-
ctum eſt diuiſuri ſūt veſtimēta mea:ſed di
uiſerunt ſibi veſtimēta mea. Hec omnia q̄
futura videbat ꝓpheta:tanq̄ p̄terita indi
cabat:ſic ꝛ hic. ¶ Expoſitio pſalmi.

Benedixiſti dñe terrā tuam:
tanq̄ iam fecerit. Auertiſti ca-
ptiuitatē Jacob. Populꝰ eiꝰ
antiquus Jacob. Jacob pp̄ls iſrael natu
de ſemine abꝛae in repꝛomiſſiōe:futurꝰ ali
qn̄ heres dei erat. Quidā ergo ille populꝰ
cui datum eſt teſtamentū vetus:ſed in ve
teri teſtamēto figurabat teſtamētū nouū.
Jlla figura erat:hec exp̄ſſio veritatis. Jn
illa aūt figura ſcōm quādā p̄nunciationē
futuroꝝ:data eſt illi pp̄lo terra quedā pro-
miſſionis in quadā regione:vbi habitauit
populus iudeoꝝ:vbi eſt etiā hieruſalē ci-
uitas:cuiꝰ nomē omnes audiuimꝰ. Hanc
ergo terrā cū accepiſſet ille populꝰ ab ho-
ſtibus ſuis vicinis circūquaq̄ inimicanti-
bus:multas moleſtias patiebat:ꝛ cū pec-
cabat in deū ſuū:dabat in captiuitatē:nō
ad interituz:ſed ad diſciplinā:nō damnā-
te patre:ſed flagellāte:ꝛ cū obſeſſa eſſet li-
berabat:ꝛ aliquotiens captiuata eſt:ꝛ li-
berata eſt illa genſ:ꝛ mō in captiuitate eſt:
ꝛ hoc ꝓ peccato magno qd̄ dn̄m ſuū cruci
fixit. Quid igit: Scōm iſtos accipimꝰ qd̄
ait:auertiſti captiuitatē Jacob? An forte
intelligimꝰ hic aliam captiuitatem de qua
omnes nos volumꝰ liberari? Nā omnes ꝑ
tinemꝰ ad Jacob:ſi ꝑtinemꝰ ad ſemē Ab-
rae. Hoc eni dic̄ Apl̄s: Jn Jſaac vocabi
tur tibi ſemen:id eſt non hi qui filij carnis
hi filij dei:ſed filij ꝓmiſſiōis in ſemē depu
tabunt. Si filij pꝛomiſſionis:in ſemen de-
putant: offendēdo dn̄m iudei degenera-
uerūt:nos ꝓmerēdo deū:d̄ genere Abꝛae
facti ſumꝰ: nō ꝑtinētes ad carnē:ſed ꝑtinē
teſ ad fidē. Jmitati eni fidē filij facti ſumꝰ:
illi autē degenerando a fide exheredītari
meruerunt. Nam vt hoc noueritis:quia ꝑ
diderunt illud quod nati erant de Abꝛa-
am:cum ſe arroganter iactarent:audiente
dn̄o noſtro Jeſu chꝛiſto:gloꝛiātes de ſan-
guine:ꝛ nō de vita:ꝛ dicerēt dn̄o: Nos pa
trem habemꝰ Abꝛaaz:ꝛ ait illis dn̄s: tāq̄
degenerātibꝰ: Si filij Abꝛae eſtis: fcā Ab-
rae facite. Si ergo illi ꝓpterea iam nō filij:
quia nō faciebant facta Abꝛae: nos pꝛo-
pterea filij:qꝛ facimus facta Abꝛae. Que
ſunt facta Abꝛae que facimus? Credidit
aūt Abꝛaam deo: ꝛ deputatum eſt illi ad
iuſticiam. Ergo omnes ad Jacob pertine
mus:imitantes Abrae fidez: qui credidit
deo ꝛ deputatum eſt illi ad iuſticiaz. Que
eſt ergo illa captiuitas:vnde nos volumꝰ
liberari? Puto enim nemīnē noſtrum mo-
do eſſe apud barbaros:nec aliquā gentez
irruiſſe armatam:ꝛ captiuos duxiſſe nos.
Sed modo oſtendo quādam captiuitatē
in qua gemimus:ꝛ vnde nos liberari cu-
pimus. Paulus Apl̄s ꝓcedat: ꝛ ipſe illā
dicat:ſit ipſe ſpeculū noſtrum: ille loquat
et nos ibi videamus. Nemo eſt enim qui
non ſe hic agnoſcat. Ait ergo ille beatus
Apoſtolus: Condelectoꝛ enim legi dei ſe-
cundum interioꝛem hominem. Jntus me
delectat lex dei. Video autem aliam legē
in membꝛis meis repugnantem legi men-
tis mee. Jam audiſti legem: audi pugnā:
captiuitatem necduz audieras:audi que
ſequuntur: Repugnantem inquit legi mē-
tis mee:ꝛ captiuum me ducentem in lege
peccati que eſt in membꝛis meis. Agno-
uimus enim captiuitatem: quis noſtrum
eſt qui nolit ſe de iſta captiuitate liberari?
Et vnde liberabuntur? Quoniaz hoc can
tauit iſte pſalmus futurum:auertiſti capti
uitatē Jacob. Cui dixit? Chꝛiſto: pꝛopter
in finem:pꝛopter filios choꝛe:ille eni auer
tit captiuitatez Jacob. Audi et ipm̄ Pau
lum confitentem. Cum diceret ſe trahi ca-
ptiuum a lege in membꝛis ſuis repugnan-
tem legi mentis ſue:exclamauit ſub illa ca
ptiuitate ꝛ ait: Jnfelix ego homo:quis me
liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huius? Que-
ſiuit quis eſſet:et ſtatim illi occurrit gra-
tia dei:per Jeſum chꝛiſtum dominum no-
ſtrum. De hac gratia dei pꝛopheta dicit
huic domino noſtro Jeſu chꝛiſto:auertiſti
captiuitatem Jacob. Attendite captiuita
tem Jacob:attendite quia hoc eſt:auerti-
ſti captiuitatem noſtram: non liberando
nos a barbaris in quos non incurrimus:
ſed liberando nos ab operibus malis:a
peccatis noſtris ꝑ que nobis ſathanas do-
minabatur. Si quis enim liberatus fuerit
a peccatis ſuis:non habet vnde ei domi-
netur pꝛinceps peccatoꝛum. Quomodo
enim auertit captiuitatem Jacob? Vide-
te quia iſta liberatio ſpiritualis eſt: videte
quia intus agitur. ¶ Remiſiſti: inquit:
iniquitatem plebis tue: operuiſti
omnia peccata eoꝛū. Ecce vnde auer
tit captiuitatem: quia remiſit iniquita-
tē. Jniquitas tenebat captiuum: remiſſa

iniquitate liberarı̃. Confitere ergo te eſſe in
captiuitate: vt dignus ſis liberari. Nam q̄
hoſtē ſuū nō intelligit: quomodo inuocat
liberatorē? Operuiſti omnia peccata eoꝝ.
Quid eſt operuiſti? Vt non illa videres.
Quid ē nō illa videreſ? Vt ñ i illa vindica
res. Noluiſti videre peccata noſtra. ⁊ ideo
Alia lr̃a. nō vidiſti: quia ipſa videre noluiſti. Ope-
† Mitigaſti. ruiſti oīa peccata eoꝝ: † Sedaſti om-
nē irā tuā: auertiſti ab ira indigna
tionis tue. Et qm̃ de futuro iſta dicunť:
Alia lr̃a. quis verba pterita ſonēt. Sequiť ⁊ dicit.
† ſalutarı̃ nr̃. Conuerte nos dn̄e † ſanitatū no-
ſtrarū: Quō narrabat quaſi factū eſſet:
et quō orat vt fiat: niſi q: voluit oſtendere
pterita verba ſe in ꝓpheta dixiſſe? Non-
dū aūt factū eſſe quod dicebat iā factum.
Hinc oſtēdit: q: orat vt fiat. Conuerte nos
Alia lr̃a. dn̄e ſanitatū noſtrarū. Et auerte † iracū
† iram. diā tuā a nobis. Nōne iam dudū dice
bat: auertiſti captiuitatem Jacob: opuiſti
oīa peccata eoꝝ: ſedaſti oēm irā tuā: auer-
ſus es ab ira indignatiōis tue: quō hic ē:
auerte iracundiā tuā a nobis? Reſpōdet
tibi ꝓpheta: Illa dico quaſi facta: quia vi
deo futura: q: vero nōdū facta ſūt: oro vt
Alia lr̃a. veniāt: q̄ iā vidi. Auerte iracūdiā tuā a no
† Nūquid. bis. † Nō ineternū † iraſcaris no-
† iraſceris. bis: De ira eni dei mortales ſumus: ⁊ de
ira dei in iſta terra in egeſtate ⁊ labore vul
tus noſtri manducamꝰ panē. Hoc eni au
diuit Adam qn̄ peccauit: ⁊ Adaꝫ ille oēs
nos eramuſ: quia in Adam oēs moriunť.
Qđ ille audiuit: ſecutū eſt ⁊ nos. Nō eniꝫ
eramꝰ iam nos: ſed eramus in Adā. Ideo
quicquid euenit ipſi Adā: ſecutū ē ⁊ nos:
vt moreremur. Oēs quippe in illo fuimꝰ.
Ea eni peccata parentū nō ptinent ad fili
os q̄ faciūt parentes iā natis filijs. Jā eni
nati filij ad ſe ptinent: ⁊ parentes ad ſe ꝑti
nent. Itaqꝫ illi qui nati ſunt ſi tenuerit vi-
as parentū ſuoꝝ malaſ: neceſſe eſt vt por
tent ⁊ merita ipſoꝝ. Si autē mutauerint ſe
⁊ nō fuerint imitati parētes malos: incipi-
unt habere meritū ſuū: nō meritū parentū
ſuoꝝ. Vſqꝫ adeo aūt nō tibi obeſt pecca-
tū patris tui ſi te mutaueris: vt nec ipi pa-
tri tuo obſit ſi ſe mutauerit: ſed iam qđ ac-
cepit ad mortalitatē: iſta radix noſtra du-
xit de Adam. Quid duxit? Iſtā fragilita-
tem carnis: hoc tormentū dolorū: hāc do
mū paupertatis: hoc vinculū mortis: ⁊ la
queos tēptationū. Portamus omnia iſta
in carne hac: ⁊ ira dei eſt iſta: quia vindi-
cta dei eſt. Sed q: futurū erat vt regenera
remur: ⁊ credēdo noui efficeremur: atqꝫ in
reſurrectione omnis iſta mortalitas abſu-
meretur: ⁊ nouitas totꝰ hoīs repareť. Si-
cut eni in Adam oēs moriunť: ſic ⁊ in chri
ſto oēs viuificabunť: hoc videns ꝓpheta Alia lr̃a.
ait. Nō ineternum iraſcaris nobis. † Vel † Aut.
† extēdas irā tuā a generatione i ge † extendes.
neratione. Fuit prima generatio morta
lis de ira tua: erit altera generatio imortal
ꝑ miſericordia dei. Quid? Hoc ḡ tibi pſtiti
ſti tu: o homo: vt q: cōuerſus es ad deum:
merearis miſericordiā ipſius? Qui aūt cō
uerſi nō ſunt: nō ſūt adepti miſericordiaꝫ:
ſed inuenerūt iram. Quid autē? Vt cōuer
tererı̃ poſſes niſi vocareris? Nōne ille q̄ te
vocauit auerſū: ipe preſtitit vt conuerterı̃?
Noli ergo tibi arrogare nec ipaꝫ cōuerſio
nē: quia niſi te ille vocaret fugientē nō poſ
ſes cōuerti. Propterea ⁊ ipiꝰ conuerſiōis
beneficiū deo tribuens propheta orat ⁊ di Alia lr̃a.
cit. Deus tu † cōuertens viuifica- † cōuerſus.
bis nos: Et nō quaſi nosipſi nr̃a ſpon-
te ſine miſericordia tua cōuertimur ad te:
⁊ tu viuificab̄ nos: ſꝫ tu cōuertēs viuifica-
bis nos: vt nō ſolū viuificatio nr̃a a te ſit:
ſed etiā ipſa cōuerſio: vt viuificemur. Deꝰ
tu cōuertens viuificabis nos. Et plebs
tua letabiť in te. Malo ſuo letabiť in
ſe: bono ſuo letabiť in te. Quādo enim vo
luit habere gaudia de ſe: iuenit planctū in
ſe. Nūc ergo q: totū gaudiū noſtrū deꝰ eſt:
qui vult ſecurꝰ gaudere in illo gaudeat: q̄
nō poteſt ꝑire. Quid eni frēs mei gaude-
re vultis in argēto? Aut argentū perit: aut
tu: ⁊ nemo ſcit q̇d priꝰ: verūtn̄ illō ꝯſtat: q:
vtrūqꝫ ꝑiturū ē. Quid priꝰ incertū ē. Nā
nec hō hic pōt manē ſemꝑ: nec argētū pōt
manē ſemꝑ: ſic aurū: ſic veſtis: ſic domus
ſic pecunia: ſic lata p̄dia: ſic poſtremo lux
iſta. Noli ergo velle gaudere i iſtis: ſꝫ gau-
de in illa luce que nō habet occaſuꝫ. Gau
de in illa luce quā non p̄cedit heſternus di
es: nec ſequiť craſtinus. Quid eſt iſta lux?
Ego ſum inquit lux mūdi. Qui tibi dicit
ego ſum lux mūdi: vocat ad ſe te: cum vo
cat te: cōuertit te: cū conuertit te: ſanat te:
cū ſanauerit te: videbis cōuerſorem tuuꝫ:
cui dr̃. Et plebs tua letabiť in te. Oſte-
de nobis dn̄e miſericordiā tuam.
Hoc eſt qđ cantauimꝰ: ⁊ iā huic diximuſ.
Oſtēde nobis dn̄e miſericordiā tuaꝫ. Et
ſalutare tuum da nobis. Salutare
tuum: chriſtum tuum. Felix eſt cui oſtēdit

deus miſericordiã ſuã. Ipſe eſt q̃ ſupbire
nõ poteſt: cui deus oſtendit miſericordiaʒ
ſuã. Oñdẽdo eni illi miſicordiã ſuã ꝓſua
det illi: qꝛ quicq̃d boni habet ipe hõ: nõ ha
bet niſi ab illo: qꝛ omne bonũ noſtrũ ipe ẽ:
⁊ cũ viderit hõ quicq̃d boni habet: non ſe
habere a ſe: ſed a deo ſuo: videt qꝛ totũ qḋ
in illo laudat̃ de miſericordia dei eſt: nõ de
merito ipſius: ⁊ vidẽdo iſta nõ ſupbit: nõ
ſupbiendo nõ extollit̃: nõ ſe extollẽdo nõ
cadit: nõ cadẽdo ſtat: ſtando inheret: inhe
rẽdo manet: manẽdo ꝑfruit̃ ⁊ letat̃ in dño
deo ſuo. Erũt illi delitie ipſe q̃ fecit illuʒ: et
delitias ipas nemo corrũpit: nemo intpel
lat: nemo aufert. Quis potẽs minabitur
auferre? Quis vicinꝰ malꝰ: quis latro: q̃s
inſidiator tibi tollit deũ? Et poteſt tibi tol-
lere totũ qḋ poſſides corpore: nõ tibi tollit
eũ quẽ poſſides corde. Ipſa ẽ miſicordia
quã vtinã deus oñdat nobis: Oſtẽde no
bis dñe miſericordiã tuã: ⁊ ſalutare tuum
da nobis: chriſtũ tuũ da nobiſ. In illo eni
eſt miſericordia tua: dicamuſ illi ⁊ nos da
nobis chriſtũ tuũ. Iaʒ quidẽ dedit nobis
chriſtũ ſuum: adhuc tñ illi dicamꝰ: da no
bis chriſtũ tuũ: qꝛ dicimꝰ illi: panẽ noſtruʒ
quotidianũ da nobis hodie. Et q̃s eſt pa-
nis noſter: niſi ipe q̃ dixit: Ego ſum panis
vivꝰ qui de celo deſcẽdi: Dicamus illi: da
nob̃ chriſtũ tuũ. Dedit eni nobis chriſtũ:
ſed hoĩem quẽ nouimꝰ: dedit hoĩem: eum
ipm nobis daturꝰ eſt deũ. Hoĩbus eni ho
minẽ dedit: qꝛ talẽ illũ hoĩbus dedit: qua-
lis poſſet capi ab hoĩbꝰ. Deũ eni chriſtuʒ
nullus hoĩm capere poterat. Factꝰ eſt ho-
minibꝰ homo: ſeruauit ſe deũ dijs. An for
te arroganter dixi? Reuera arrogant̃: niſi
ipſe dixiſſet: Ego dixi dij eſt̃: ⁊ filij excelſi
oẽs. Ad hãc ipaʒ adoptionẽ reuocamur:
vt efficiamur filij dei. Iã quidẽ ſumꝰ: ſed ꝑ
fidem. Sumꝰ quidẽ: ſed in ſpe: nõdũ ſumꝰ
in re. Spe enim ſalui facti ſumꝰ: ſicut dicit
Apl̃s: Spes autẽ que videtur nõ eſt ſpeſ:
Quod enim videt quis: quid ſperat? Si
autem quod nõ videmus ſperamus: ꝑ pa
tientiã expectamus. Quid enim expecta-
mus ꝑ patientiam: niſi videre quod credi-
mus? Modo eni credimꝰ quod nõ vide-
mus: ꝑmanendo in eo quod credenteſ nõ
videmus: merebimur videre quod credi-
mus. Propterea Joannes i epiſtola ſua:
quid ait? Dilectiſſimi filij dei ſumus ⁊ nõ-
dum apparuit quid erimus. Quis non ex-
ultet ſi ſubito: neſcio cui ꝑegrinanti ⁊ igno
ranti genus ſuũ: patienti aliq̃s egeſtatem ⁊
erumnã: ⁊ in labore cõſtituto diceretur: fi-
lius ſenatoris es: pater tuus amplo patri-
monio gaudet in re vera: reuoco te ad pa-
trem tuũ? Quali gaudio exultaret: ſi hoc
nõ fallax ꝓmiſſor diceret? Venit ergo non
fallax Apl̃s chriſti ⁊ ait. Quid eſt quod d̃
vobis deſperatis? Quid eſt qḋ vos affli-
gitis ⁊ merore conteritis? Quid eſt qḋ cõ-
cupiſcentias veſtras ſequẽdo in egeſtate
iſtarum voluptatũ cõteri vultis? Habet̃
patrẽ: habetis patriã: habetis patrimoni-
um. Quis eſt iſte pater? Dilectiſſimi filij
dei ſumꝰ. Quare ergo nõdũ videmus pa
trem noſtrũ? Quia nõdũ apparuit q̃d eri-
mus. Jam ſumus: ſed in ſpe: nam quid eri
mus: nõdum apparuit. Et quid erimus?
Scimꝰ inquit: quia cum apparuerit: ſimi-
les ei erimus: q̃m videbimus eũ ſicuti eſt.
Sed hoc de patre dixit: de filio auteʒ dño
noſtro Jeſu non dixit. Et forte vidẽdo pa
trem: non videndo filiũ erimꝰ beati? Ipm
audi chriſtũ: Qui me videt videt ⁊ patrẽ.
Cum eniʒ vnus deus videtur: trinitas vi
detur: pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Au
di expreſſius: quia ipſius filij viſio tribuet
nobis beatitudinem: ⁊ nihil intereſt inter
viſionem ipſius ⁊ viſionem patris. Ipſe
ait in euangelio: Qui diligit me mandata
mea cuſtodit: ⁊ ego diligam illum: ⁊ oſten
dam meipſum illi. Loquebatur illis ⁊ di-
cebat: oſtẽdã meipm illi: Quare? Nõ erat
ipſe qui loquebatur? Sed carnem caro vi
debat: diuinitatem cor non videbat. Ad
hoc aũt caro carnẽ vidit: vt per fidem cor
mundaretur vnde deus videretur. Dictũ
eſt eniʒ de domino: Fide mundans corda
coꝝ. Et dixit dominus: Beati mũdo cor
de: quoniam ipſi deum videbunt. Ergo ſi
nobis ꝓmiſit oſtendere ſe nobis: qualis
eſt pulchritudo eius? Fratres cogitate om
nia iſta: que videtis pulchra: que amatis
ipe fecit. Si hec pulchra ſunt: quid ẽ ipſe?
Si hec magna ſunt: quantus eſt ipſe? Er-
go ex iſtis que hic amamus illum magis
deſideremus: et contemnentes iſta: illum
diligamus: vt ipſa dilectione per fidẽ cor
mundemus: ⁊ mundatum cor noſtruʒ in-
ueniat aſpectus illiꝰ. Lux que nobis oſten
ditur ſanos nos debet inuenire: hoc agit
modo fides. Hoc ergo hic diximuſ: ⁊ ſalu
tare tuum da nobis. Da nobis chriſtum
tuum: nouerimus chriſtum tuum: videa-
mus chriſtum tuum: non quomodo illum

viderēt iudei ⁊ crucifixerēt: ſꝫ quō illū vidēt angeli ⁊ gaudēt. **Audiā quid loquet̄ in me dñs deꝰ:** Propheta dixit: loquebat̄ i illo deꝰ intꝰ: ⁊ mūdꝰ faciebat illi ſtrepitū foriſ. Cohibēs ergo aliq̄ntuꝫ a ſtrepitu mūdi: ⁊ auertēs ſe ad ſe: ⁊ a ſe in illū cuius vocē audiebat interiꝰ: quaſi obturans aurē ꝯ tumultuantē vite huiꝰ inq̄etudinē: ⁊ ꝯtra aīam corpore qḋ corrūpit̄ aggrauatā ⁊ ſenſū t̄rena habitatione deprimētē mlt̄a cogitātiōe: ⁊ ait: Audiā q̄d loquat̄ i me dominꝰ deus. Et audiuit q̄d: **Qm̄ loquet̄ pacē i plebē ſuā. Et ſup ſctōs ſuos.** Vox ḡ chriſti: vox ergo dei pax eſt: ad pacē vocat. Eia dicit quicūq̄ nōdū eſtis in pace amate pacē. Quid eni vobis melius de me iuenire poteſtis q̄ꝫ pacē: Pax quid eſt: Ubi nullū bellū eſt. Quid ē vbi nullū bellū eſt: Ubi nulla ꝯdictio: vbi nihil reſiſtit: nihil aduerſū ē. Uidete ſi iā ibi ſumꝰ: videte ſi iā nō eſt ꝯflictꝰ cū diabolo: videte ſi nō oēs ſancti: ⁊ fideles cū principe demonioꝝ luctant̄. Et quō cum illo luctant̄ quē nō vidēt: Luctant̄ cū cōcupiſcētijs ſuis: quibꝰ ille ſuggerit pctā: ⁊ nō conſentiendo qḋ ſuggerit: ⁊ ſi nō vincūt tñ pugnāt. Nōdū ē ergo pax vbi pugna ē. Aut date mihi hoīem q̄ nihil tēptatiōis patit̄ in carne ſua: ⁊ poſſit mihi dicere: q꞉ iā pax ē: Nihil quidē tēptatiōis fore patit̄ in illicitis voluptatibꝰ: ſaltem ſuggeſtiones ipſas patit̄: vel ſuggerit̄ illi qḋ reſpuit: vel delectat vnde cōtineat. Sed ecce iā nihil delectat illicitū: vel cōtra famē ⁊ ſitim pugnat q̄tidie. Quis eni iuſtus hinc alienꝰ: Pugnat ḡ q̄tidie fames ⁊ ſitꝭ: pugn̄t ꝯ nos laſſitudo carnis: pugn̄t delectatio ſōni: pugn̄t oppſſio. Uigilare volumꝰ: dormitamꝰ: ieiunare volumꝰ eſurimꝰ ⁊ ſitimus ſtare volumꝰ: defatigamur: q̄rimꝰ ſedē: ſi ⁊ hꝫ diu facimꝰ deficimꝰ. Quicq̄d nobis ꝓuiderimꝰ ad r̄fectionē: illic rurſꝰ inueniemꝰ defectiōeꝫ. Eſuris dic̄ tibi aliq̄s: r̄ndeſ: eſurio. Ponit añ te cibū: ad refectionē poſuerat: pſeuera i eo qḋ poſuit. Certe reficere te volebas: hꝫ age ſemꝑ: hꝫ agēdo i eo qḋ adhibueras ad r̄fectionē ibi iuenies laſſitudinē. Mltū ſedendo fatigatus eras: ſurgis deambulando reficeris. Perſeuera i eo qḋ reficeris: multū deambulādo laſſaberis: ſedere iterū queris. Inueni aliq̄d mihi vñ te reficicias: vbi ſi pſeuerauerıs iterū nō deficiaſ: Qualis eſt ergo iſta pax: quam hic habent homines tantis reſiſtentibus moleſtijs: cupiditatibꝰ: indigendis: laſſitudinibus: Nō eſt iſta vera: nō eſt perfecta pax. Que erit pfecta pax: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē: ⁊ mortale hꝫ induere īmortalitatē: tunc fiet ſermo q̄ ſcriptꝰ eſt: Abſorpta eſt mors ī victoria. Ubi eſt mors aculeus tuus: Ubi eſt mors contētio tua: Ubi eni adhuc mortalitas: quō eſt plena pax: Etenim de morte venit laſſitudo iſta quā inuenimꝰ in omnibꝰ refectionibꝰ nr̄is. De morte eſt: q꞉ corpꝰ mortale portamus: qḋ quidē mortuū dicit Aplʾs ⁊ ante aīe reſolutionē. Corpꝰ quideꝫ inquit mortuū eſt ꝓpter peccatū. Nā ſi pſeuerauerıs in eo qḋ reficis: etiā morieris. Perſeuera ī mltū mādu cādo: ipa res te inficiet. Perſeuera ī multū ieiunādo: inde morieris. Sede ſemꝑ vt nolis ſurgere: morieris inde. Ambula ſemꝑ vt noliſ quieſcere: morieris inde. Uigila ſemꝑ vt nolis dormire: morieris inde. Dormis ſemꝑ vt nolis vigilare: morier̄ inde. Qñ aūt aſſūpta fuerit mors in victoria nō erunt iſta: ⁊ erit pax plena ⁊ eterna. Erimꝰ in quadā ciuitate fratres: qñ de illa loquor: finire nolo et maxime qñ ſcandala crebreſcūt. Quis nō deſideret illā pacē: vnde amicus nō exit: quo inimicus nō intrat: vbi nullꝰ temptator eſt: nullus ſeditioſus: nullus diuidens populū dei: nullus fatigans eccleſiā in miniſterio diaboli: qñ ipe princeps ipoꝝ mittitur in ignē eternū: ⁊ hi cū illo quicūq̄ illi cōſentiūt: ⁊ recedere ab eo nolunt: Erit ḡ pax purgata in filijs dei oibus amantibꝰ ⁊ ſe videntibus plenos deo: cū erit deꝰ oia in oibꝰ. Cōem panē habebimꝰ deū: cōem poſſeſſionē habebimꝰ deū: cōem pacē habebimꝰ deum. Quicquid enim eſt qḋ modo nobis dat: ipſe nobis erit ꝓ omnibus que dat: ipſe erit pfecta ⁊ plena pax. Hāc loquitur in plebem ſuā. Hanc volebat audire ille qui ait: Audiaꝫ quid loquatur in me dominus deus: quoniā loquet̄ pacem in plebem ſuā: ⁊ ſuꝑ ſanctos ſuos. **Et in eos qui† conuertunt cor ad ipſum:** Alia lr̄a. † ꝯuertūtur ad cor.
Eia fratres vultis vt ad vos ptineat ipſā pax quā loquitur deus: conuertite cor ad ipſum: non ad me aut ad illū aut ad illum aut ad quenq̄ꝫ hominē. Quiſquis eni homo voluerit conuertere ad ſe corda hoīm: cadit cū ipſis. Quid eſt melius vt cadas cum illo ad quem conuerteris: an vt ſtes cū illo cum quo ꝯuerteris: Gaudium noſtrū: pax noſtra: requies noſtra: finis oīm

moleſtiarū: nō eſt niſi deꝰ. Beati qui con-
uertūt cor ad ipm̄. Uerūtñ ꝓpe ti-
mētes eū ſalutare ipſiꝰ: Erāt quidā
q̄ iā timebāt eū i gēte iudeoꝝ: ꝑ oēm terrā
vbiq; idola colebant: demonia timebant
nō deus: In illa gēte timebat deꝰ. Sꝫ pro
pter quid timebat? In veteri teſtamēto ti-
mebat: ne daret illos in captiuitatē: ne tol
leret illis terrā: ne grādine contūderet vites
ipſoꝝ: ne faceret ſteriles vxores eoꝝ: ne au
ferret ab eis filios ipſoꝝ. Hec eni carnalia
ꝓmiſſa dei tenebāt: adhuc parue aīe: ⁊ ꝓ-
pter hec timebat deus: ſed ꝓpe illis erat:
qui vel ꝓpter hec ipm̄ timebāt. Terrā pe-
tebat paganꝰ a diabolo: terram petebat iu
deus a deo. Unū erat qđ petebāt: ſed non
vnꝰ a quo petebāt. Petebat iſte qđ paga-
nus petebat: diſcernebat tñ a pagano: q̄a
ab illo iſta petebat q̄ oīa fecerat: ⁊ ꝓpe illis
erat deꝰ magiſq; gētibꝰ ꝓpe erat: tñ reſpexit
⁊ eos qui lōge erāt: ⁊ eos qui ꝓpe erāt: ſic
dicit Apl's: ⁊ veniēs euāgelizauit pacem
vobis qui eratis lōge: ⁊ pacē his qui ꝓpe.
Quos dixit qui erāt ꝓpe? Iudeos q̄ vnū
deū colebāt: Quos dixit qui erant longe?
Gētes qui dimiſerūt deū a quo facti erāt:
⁊ colebāt illa que ipſi fecerāt. Nō eni regi-
onibus lōge eſt quiſq; a deo: ſꝫ affectibus.
Amas deū ꝓpe es: odiſti deū lōge es: vno
loco ſtās: ⁊ ꝓpe es: ⁊ lōge es. Ergo frēs re
ſpexit iſte ꝓpheta: q̄uis generalē vidit mi-
ſericordiā dei: ſup oēs tñ aliquid ſpeciale
⁊ ꝓpriū vidit in gēte iudea: ⁊ ait: Audiā
quid loquat in me dñs deꝰ: qm̄ loquet pa
cem in plebē ſuā. Et plebs ipſiꝰ nō iudea
ſola erit: ſed de oībꝰ gentibꝰ colliget: q2 ſu-
per ſanctos ſuos loquet pacē: ⁊ in eos qui
cōuertūt cor ad ipm̄: ⁊ omēs qui ꝯuerſuri
ſunt cor ad ipm̄ de omni orbe terraꝝ: Ue-
rūtamē ꝓpe timētes eū ſalutare ipſiꝰ. Ut
inhabitet gloria i terra noſtra. Id
eſt in ea terra in qua natus erat ꝓpheta: vt
habitet gloria maior: q2 inde cepit ꝑdica-
re chriſtus: inde Apli: ⁊ illuc priꝰ miſſi: in-
de ꝓphete: ibi primū templū vbi ſacrifica-
bat deo: ibi patriarche: ibi ipſe etiā venit ꝺ
de ſemie Abrae: ibi manifeſtatꝰ eſt chriſtꝰ:
ibi apparuit chriſtꝰ. Inde eni vgo Maria
q̄ pepit chriſtū: ibi ambulauit pedibꝰ ſuis:
ibi mirabilia fecit: Poſtremo tātū honorē
illi genti detulit: vt cū eū interpellaret que
dam mulier chananea ſalutē querens filie
ſue: dixerit ei: nō ſum miſſus niſi ad oues
que perierant domus iſrael. Hoc ergo vi-
deus ꝓpheta ait: Uerūtñ ꝓpe timētes eū
ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra
noſtra. Miſericordia ⁊ veritas† oc- Alia lra. †obuiauerūt.
currerūt ſibi: Ueritas in terra noſtra ex
ꝑſona iudeoꝝ: miſericordia in terra genti-
um. Ueritas eni vbi? Ubi erāt eloq̄a dei.
Miſericordia vbi? In illis qui dimiſerāt
deum ſuū ⁊ cōuerterāt ſe ad demonia. Nū
quid ⁊ ipſos deſpexit? Quō ſi diceret: vo-
ca ⁊ iſtos longe fugitiuos: qui multū a me
receſſerūt voca: inuenient me q̄rentem ſe:
quia ipſi nolebant querere me. Ergo miſe
ricordia ⁊ veritas occurrerūt ſibi. Iuſti-
cia ⁊ pax oſculate ſunt† ſe. Fac iuſtici Alia lra nō hꝫ.
am ⁊ habebis pacē: vt oſculent ſe iuſticia
⁊ pax. Si eni nō amaueris iuſticiā: pacē nō
habebis. Amant eni ſe duo iſta: iuſticia ⁊
pax: ⁊ oſculant ſe: vt qui fecerit iuſticiā: in
ueniat pacem oſculantē iuſticiā. Due ami
ce ſunt: tu forte vnā vis: ⁊ alterā nō facis.
Nemo eſt eni qui nō vult pacē: ſed nō om
nes volūt operari iuſticiā. Interroga oēs
hoīes vultis pacē: vno ore tibi rñdet totū
genꝰ hoīm: opto: cupio: volo: amo. Ama
⁊ iuſticiam: quia due amice ſunt iuſticia et
pax. Iuſticia ⁊ pax ipſe ſe oſculantur. Si
amicam pacis nō amaueris: nō te amabit
ipſa pax: nec veniet ad te. Quid enim ma
gnū eſt deſiderare pacē? Quiuis malꝰ deſi
derat pacē. Bona eni res eſt pax. Sꝫ fac
iuſticiā: quia iuſticia ⁊ pax ſe oſculant: nō
litigāt. Tu quare litigas cū iuſticia? Ecce
iuſticia dicit tibi: ne fureris: ⁊ nō audis: ne
adultereſ: ⁊ nō vis audire: nō facias alteri
quod tu pati nō vis: nō dicas alteri qđ ti-
bi dici nō vis: Inimicꝰ es amice mee dicit
tibi pax. Quid me queris? Amica ſū iuſti-
cie. Quēcūq; iuenero inimicū amice mee:
nō ad illū accedo. Uis ergo venire ad pa
cem? Fac iuſticiam. Ideo alius pſalmus
dicit tibi: Declina a malo ⁊ fac bonū: hoc
eſt ama iuſticiam: et cū declinaueris a ma
lo: ⁊ feceris bonū: quere pacē et ꝑſequere
eā. Iā eni nō diu illā queres: q2 ⁊ ipſa occur
rit tibi: vt oſculet iuſticiā. Ueritas de
terra orta ē: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpe-
xit: Ueritas ꝺ terra orta ē: xps de femia na
tꝰ ē. Ueritas de terra orta ē: filiꝰ dei de car-
ne proceſſit. Quid eſt veritas? Filius dei.
Quid eſt terra? Caro. Interroga vnde
natus eſt chriſtus: et vides quia veritas
de terra orta eſt. Sed hec veritas que
orta eſt de terra: erat ante terram: et per
ipſam factum eſt celum et terra. Sed vt

iuſticia de celo ꝓſpiceret: id eſt vt iuſtificarentur homines diuina gratia: veritas nata eſt de Maria virgine: vt poſſet ꝓ illis iuſtificandis offerre ſacrificiũ: ſacrificium paſſionis: ſacrificiũ crucis. Et vnde offerret ſacrificiũ ꝓ peccatis noſtris niſi moreret̃? Unde aũt moreret̃: niſi a nob̃ acciperet vbi moreret̃? Idẽ niſi a nobis ſumeret carnem mortalẽ: chriſtus mori non poſſet: qꝛ verbum nõ morit̃: diuinitas nõ morit̃: virtus ⁊ ſapiẽtia dei nõ morit̃. Quõ ergo offerret ſacrificiũ: victimã ſalutarẽ ſi nõ moreretur? Quõ aũt moreret̃ niſi carnẽ indueret? Quomõ carneꝫ indueret niſi veritas de terra oriret̃? **Ueritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo proſpexit.** Poſſum⁹ hinc dicere alterũ ſenſum: Ueritas de terra orta eſt: cõfeſſio ab hoĩe. Homo enĩ peccator eras: O terra: qui qñ peccaſti audiſti: terra es ⁊ in terrã ibis: oriat̃ d̃ te vitas: vt reſpiciat de celo iuſticia. Quõ ergo oriet̃ a te veritas cuꝫ tu peccator ſis: cũ tu iniquus ſis? Confitere peccata tua: ⁊ orietur de te veritas. Si enĩ cũ ſis iniquus dicis te iuſtũ: quõ a te oriet̃ veritas? Si autem cũ ſis iniquus: dicis te iniquũ: veritas de terra orta eſt. Intẽde illũ publicanũ lõge a phariſeo ĩ tẽplo orantẽ: qui neqꝫ oculos ad celum audebat leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ dicẽs: dñe ꝓpitius eſto mihi peccatori. Ecce veritas de terra orta eſt: quia ꝯfeſſio peccatoꝝ ab homĩe facta eſt. Quid ergo ſequit̃? Amẽ dico vobis: quia deſcendit iuſtificatus publican⁹ ille magis q̃ ille phariſeus: qꝛ omnis q̃ ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat exaltabit̃. Orta eſt veritas de terra in confeſſione peccatorũ: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit: vt deſcẽderet iuſtificatus publican⁹ ille magis q̃ ille phariſeus. Nã vt noueritis: quia veritas ꝑtinet ad cõfeſſionẽ peccatoꝝ: ait Johes euãgeliſta. Si dixerim⁹ qꝛ peccatũ nõ habem⁹: noſipſos ſeducim⁹ ⁊ veritas in nob̃ non eſt. Quõ ergo veritas de terra oriet̃ ⁊ iuſticia de celo ꝓſpiciet? Audi illũ ſequentem ⁊ dicentẽ. Si confiteamur pctã noſtra fidelis eſt ⁊ iuſtus vt remittat nobis peccata: ⁊ purget nos ab omni iniquitate. Ueritas ergo de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit: Que iuſticia de celo ꝓſpexit tanq̃ dei dicẽtis: parcam⁹ huic homini quia ipſe ſibi nõ pepcit: ignoſcam⁹: quia ipſe agnoſcit. Cõuerſus eſt ad puniendũ peccatum ſuũ: cõuertar ⁊ ego ad eũ liberandũ. Veritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo proſpexit. **Etenĩ dñs dabit ſuauitatem: ⁊ terra noſtra dabit fructũ ſuum.** Unus verſus reſtat: peto vt ſine tedio ſit: qđ dictus ſum. Attẽdite rem neceſſariam fratres mei: attẽdite: ꝑcipite: ferte vobiſcum: ⁊ nõ ſit inane ſemẽ dei: in cordibus veſtris. Uertas inquit de terra orta ẽ: cõfeſſio peccatoꝝ ab hoĩe: ⁊ iuſticia de celo proſpexit: id eſt a dño deo data eſt iuſtificatio confitẽti: vt ipſe ſe agnoſcat impi⁹: pium autẽ fieri nõ poſſe niſi ille fecerit cui cõfitet̃: credẽdo in eũ qui iuſtificat impiũ. Tua g̃ peccata potes habere: fructũ bonũ nõ potes habere: niſi ille dederit cui confiteris. Ideo cũ dixiſſet: veritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit: tanq̃ diceret̃ ei: quid eſt quod dixiſti: iuſticia de celo ꝓſpexit: etenĩ dñs inquit dabit ſuauitateꝫ ⁊ terra nr̃a dabit fructũ ſuũ? Nos ergo reſpiciam⁹ nos: ⁊ ſi nihil in nobis inuenerim⁹ niſi peccata: oderim⁹ peccata: ⁊ deſideremus iuſticiã. Cũ enĩ ceperim⁹ odiſſe peccata: iã ipm odiũ peccatoꝝ ſimiles nos incipit facere deo: quia hoc odiuim⁹ qđ odit ⁊ deus. Cũ ergo ceperis odiſſe peccata et cõfiteri deo: cũ te delectationes illicite rapiunt: ⁊ ducũt te ad ea que tibi nõ ꝓſunt: ingemiſce ad deũ: ⁊ ꝯfitẽs illi peccata tua: mereberis ab illo delectationẽ ⁊ ſuauitatẽ iuſticie: dabit tibi faciẽdi vt incipiat te delectare iuſticia: quẽ primo delectabat iniq̃tas: vt q̃ primo gaudebas ĩ ebrietate: gaudeas in ſobrietate: ⁊ q̃ primo gaudebas de furtis vt tolleres homini qđ nõ habebas: queras donare nõ habenti qđ habebas: ⁊ quem delectabat rapere: delectet donare: quẽ delectabat expectare: delectet orare: quẽ delectabãt cãtica nugatoria ⁊ adulterina: delectet hymnuꝫ dicere deo: currere ad eccleſiaꝫ qui primo currebas ad theatrũ. Uñ nata eſt iſta ſuauitas: niſi q̃a dñs dabit ſuauitatem: ⁊ terra noſtra dabit fructum ſuũ? Ecce eniꝫ videte qđ dico. Ecce locuti ſum⁹ vobis verbũ dei: ſemen ſparſimus deuotis cordibus: tanq̃ ſulcata inueniens pectora veſtra: aratro confeſſionis. Deuotiõe ⁊ intẽtione ſuſcepiſtis ſemẽ: cogitate de verbo qđ audiſtis tanq̃ glebas frangẽtes: ne ſemẽ rapiãt volatilia: vt poſſit ibi germinare qđ ſeminatum eſt. Et niſi deus pluerit: quid ꝓdeſt qđ ſeminat̃? Hoc eſt: dñs dabit ſuauitatẽ: ⁊ terra noſtra dabit fructũ ſuũ. Ille enĩ viſitationib⁹ ſuis in

Alia lr̃a. ⁊ benignita

ocio: in negocio: in domo: in lecto: in cõui
uio: in collocutiõe: in deambulatione viſi-
tet vr̃a corda: vbi nos ſum⁹. Veniat imber
dei: ⁊ fructificet qð ibi ſeminatũ eſt: et vbi
nõ ſum⁹ nos ⁊ ſecuri q̇eſcim⁹: aut alið agi-
mus: deus dat incrementũ ſemib⁹ q̃ ſparſi
mus: vt attendentes poſtea bonos mores
vr̃os etiã de fructu gaudeam⁹. Qm̃ dñs
Alia lr̃a dabit ſuauitatẽ: ⁊ terra nr̃a dabit fructum
⁊ ambulabit ſuũ. **Juſticia an̄ eã ꝓibit: ⁊ ponet
in via greſſus ſuos.** Juſticia illa eſt q̃
eſt in ꝯfeſſiõe pctõꝝ: veritas enĩ ipa ẽ. Ju-
ſtus enĩ debes eſſe in te: vt punias te: ipſa
ꝑma eſt hoĩs iuſticia vt punias te malũ: et
faciet te deus bonũ. Quia g̃ ipa eſt prima
hoĩs iuſticia: ipa fit via deo: vt veniat ad
te de⁹: ibi illi fac viã in cõfeſſione pctõꝝ.
Jdeo ⁊ Johẽs cũ baptizaret in aq̃ pnĩe: et
vellet ad ſe venire penitentes de ſuis ꝑori
bus factis: dicebat hoc: Parate viã dño:
rectas facite ſemitas eius. Placebas tibi
in peccatis tuis o hõ: diſpliceat tibi quod
eras: vt poſſis eſſe qð nõ eras. Parate viã
dño: ꝓcedat iſta iuſticia vt ꝯfitearis pecca
ta. Veniet ille ⁊ viſitabit te: q꞉ ponet ĩ via
greſſus ſuos. Eſt enĩ iam vbi ponat greſſ⁹
ſuos: eſt vbi ad te veniat. An̄ aũt q̃ꝫ ꝯfite-
reris peccata: intercluſeras ad te viã dei:
nõ erat qua ad te veniret: Cõfitere vitam:
⁊ apis viã: ⁊ veniet chriſtus: ⁊ ponet in via
greſſus ſuos: vt te ĩformet veſtigijs ſuis.

Explicit Tractatus de pſ̃. LXXXIIII
Jncipit Tractatus de pſ̃. LXXXV.

NUllũ maius donũ ꝑſtare de⁹ poſ-
ſet hoĩbus: q̃ꝫ vt ṽbũ ſuũ ꝑ qð cõ
didit oĩa faceret ill' caput: ⁊ illos
ei tanq̃ꝫ mẽbra coaptaret: vt eſſꝫ filius dei
⁊ filius hoĩs: ⁊ vnus deus cũ pr̃e: vn⁹ hõ
cum hoĩbus: Vt ⁊ qñ loquimur ad deum
depcantes: nõ inde filiũ ſepemus: ⁊ quan
do pcat corpus filij: nõ a ſe ſeparet caput
ſuũ: ſitq̃ꝫ vnus ipẽ ſaluator corporis ſui do-
min⁹ nr̃ Jeſus chriſtus filius dei: q̇ et oret
ꝓ nobis: ⁊ oret in nobis: ⁊ oretur a nobis.
Orat ꝓ nobis: vt ſacerdos nr̃: Orat ĩ no
bis vt caput noſtrũ: Orat a nobis: vt de⁹
nr̃. Agnoſcamus g̃ in illo voces nr̃as: et
voces ei⁹ in nob. Nec q̃ꝫ cũ aliq̇d dr̃ de dño
nr̃o Jeſu chriſto maxie in ꝓphetia qð ꝑti-
neat velut ad quandã hũilitatẽ indignaꝫ
deo: dubitem⁹ illi eã tribuere q̇ non dubi-
tauit ſe nob adiũgere. Ei q̇ppe ſuit vniuer
ſa creatura: q꞉ ꝑ ipm facta ẽ vniuerſa crea
tura. Et ꝓpterea cũ eius ſublimitatẽ diui-
nitatemq̃ꝫ intuemur: qñ audim⁹: Jn pricĩ-
pio erat ṽbum: ⁊ verbũ erat apud deuꝫ: ⁊
deus erat verbum: h̃ erat in ꝑncipio apud
deũ: oĩa ꝑ ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipo fctũ
eſt nihil: intuentes hanc excelſam ⁊ ſuper-
eminentiſſimã: ⁊ excedentẽ oĩa creaturarũ
ſublimia diuinitatẽ filij dei: Audim⁹ etiaꝫ
in aliq̃ parte ſcripturaꝝ velut gemẽtẽ: orã-
tem: confitentẽ: ⁊ dubitam⁹ ei tribuere ver
ba h̃: ex eo q꞉ cogitatio nr̃a de recẽti ei⁹ cõ
templatione q̃ erat in diuinitate: pigreſcit
deſcendere ad eius humilitatẽ: ⁊ tanq̃ꝫ fa-
ciat illi iniuriã: ſi ei⁹ ṽba in hoĩe agnoſcat:
ad quem verba dirigebat: cũ deũ depcare
tur. Heret plerũq̃ꝫ ⁊ conat mutare ſenten-
tiaꝫ: ⁊ nõ ei occurrit in ſcriptura: niſi q꞉ ad
ipm recurrat: ⁊ ab illo deuiare non ſinat.
Expgiſcat g̃ ⁊ euigilet ĩ fide ſua: ⁊ videat
q꞉ ille quem ꝯtẽplabat paulo an̄ in forma
dei: formam ſui accepit in ſimilitudine ho
minũ factus ẽ: ⁊ habitu inuent⁹ vt hõ: hu-
miliauit ſe factus obediẽs vſq̃ꝫ ad mortẽ.
Et ṽba pſalmi voluit eſſe ſua in cruce pen
dens ⁊ dicens: De⁹ me⁹ de⁹ me⁹: vt quid
me dereliquiſti: Orat g̃ in forma dei: orat
in forma ſui: ibi creator: h̃ creatus: creatu
rã muntandã non mutatus aſſumẽs: ⁊ ſe
cum nos faciens vnũ hoĩem: caput ⁊ cor-
pus. Oramus g̃ ad illũ: ꝑ illũ: in illo: ⁊ di-
cimus cũ illo: ⁊ dicit nobiſcũ. Dicim⁹ cuꝫ
illo: dicit in nobis pſalmi hu⁹ orationem:
Qui intitulat. Oratio Dauid: q꞉ dñs
nr̃ ſm carnem filius Dauid: ſm ṽo diuini
tatem dñs Dauid: ⁊ creator Dauid. Et
nõ ſolũ an̄ Dauid: ſ an̄ Abraã: ex quo da
uid: ſ ante Adam ex quo oẽs hoĩes: ſed ⁊
an̄ celũ ⁊ terrã: in quo oĩs creatura ẽ. Neo
g̃ cum audit h̃ ṽba: dicat: nõ chriſtus dic:
aut rurſus dicat: non ego dico: imo ſi ſe in
chriſti corpe agnoſcat: vtrũq̃ꝫ dicit: ⁊ chri
ſtus dicit: ⁊ ego dico. Non potes aliq̇d di
cere ſine illo: ⁊ dicit aliquid ſine te. Nonne
habemus in euãgelio vbi certe ſcriptũ eſt.
Jn ꝑncipio erat verbũ: ⁊ ṽbum erat apud
deũ: ⁊ deus erat ṽbũ: oĩa ꝑ ipm fctã ſunt:
Jbi certe habem⁹: ⁊ contriſtatus ẽ Jeſus:
⁊ fatigatus ẽ Jeſus: ⁊ dormiuit Jeſus: et
eſuriuit ⁊ ſitiuit Jeſus: ⁊ orauit ⁊ pernocta
uit in orando Jeſus. Pernoctauit inquit
Jeſus. ⁊ ſtabat in orando: ⁊ globi ſanguis
decurrebant ꝑ corpus eius. Quid oſtẽde
bat qñ ꝑ corpus orantis globi ſanguis di
ſtillabant: niſi q꞉ corpus ei⁹ qð eſt eccleſia:
martyrũ ſanguie defluebat:

Expoſitio pſalmi.

Inclina dn̄e aurē tuam τ ex
audi me. Ille ex forma ſerui dic:
tu hue i forma dn̄i tui: Incinla do
mine aurē tuā. Inclinat aurē ſi tu non eri-
gas ceruicē. Humiliato enī appropiquat:
ab exaltato longe diſcedit: niſi quem ipſe
humiliatū exaltauerit. Inclinet ḡ dn̄s au
rem ſuā ad nos. Ille enī ſurſum ē: nos de-
orſum. Ille in altitudine: nos in hūilitate:
ſ3 nō relicti. Oſtendit enī dilectionē ſuam
deus in nobis. Etenī cu3 adhuc peccato-
res eſſem⁹: chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt:
vix enī inq̄t ꝓ iuſto q̇s morit. Na3 ꝓ bono
forſitan q̇s audeat mori: Dn̄s aūt nr̄ ꝓ im
pijs mortuus eſt. Neq3 enī merita nr̄a pre
ceſſerāt ꝓ q̇bus filius dei moreret: ſ3 q2 ma
gis nulla erāt merita: magna erat miſcd̄ia.
Oz certa ḡ q̄3 firma ꝓmiſſione huat iuſtis
vitā ſuā: q̇ donauit iniuſtis mortem ſuam.
Inclina dn̄e aurē tuā τ exaudi me. Qm̄
Alia lr̃a tinops et pauper
egenus τ inops ego ſum. Ergo nō
inclinat aurē ad diuitē: ſ3 ad inopem τ ege
num inclinat aurē: id eſt ad humilē τ cōfi-
tentem: ad indigentē miſcd̄ia: nō ad ſatu-
ratū τ extollentē ſe τ iactantē ſe: q̄ſi nihil ei
deſit: τ dicentē: Gr̄as tibi: q2 nō ſum ſicut
publicanus iſte. Diues enī phariſeus ia-
ctabat merita ſua: inops publicanus cōfi-
tebat pct̄ā ſua. Nec ſic accipiatis fr̄es qd̄
dixi: ad diuitē non inclinat aurē ſuā: tāq̄3
nō exaudiat deus eoſ q̇ hn̄t aurū. τ argen-
tum: τ familiā τ fundos: ſi ſic forte nati ſūt:
aut cū lucrū rerū humanarū tenēt: tantum
meminerint qd̄ ait apl̄s: Precipe diuitib⁹
hui⁹ mūdi nō ſupbe ſape. Qui enī non ſu
perbe ſapiūt: in deo paupes ſunt. Et pau-
peribus atq3 inopib⁹ τ egenis inclinat au
rem ſuā. Norunt enī ſpem ſuā nō eſſe i au-
ro τ argento: neq3 in ill' rebus q̇bus ad tē-
pus circūfluere vident. Sufficit vt diuitie
nō illos pdant: vt non obſint ſatis ē. nam
ꝓdeſſe nihil pn̄t. Plane ꝓdeſt opus miſe
ricordie τ in diuite τ in paupe. In diuite
ex volūtate τ ope: in paupe ex ſola volūta
te. Cum ḡ tal' eſt cōtemnens in ſe: q̇cq̇d eſt
vn̄ ſupbia ſolet inflare: paup dei eſt: incli-
nat illi aurē ſuā: nouit enī cōtribulatū cor
eius. Certe fratres ille paup an̄ ianuā diui
tis vlceroſus q̇ iacebat: ab angel' ablatus
eſt in ſinū abrae: ſic legimus: ſic credimuſ.
Diues aūt ille q̇ induebat purpura τ byſ-
ſo: τ epulabat quotidie ſplendide: ablat⁹ ē
ad inferos ad tormenta. Nunq̇d vere ille
paup merito illius inopie ablatus ē ab an
gel': diues aūt ille pct̄ō diuitiaꝝ ſuaru3 ad
tormenta miſſus eſt: In illo paupe humili
tas intelligit honorificata: in illo diuite ſu
perbia damnata. Breuit ꝓbo q2 nō diui-
tie: ſ3 ſupbia in illo diuite cruciabat. Certe
ille paup in ſinum Abrae ſublatus eſt. De
ipō Abraam dicit ſcriptura: q2 habebat h̄
plurimū auri τ argenti: τ diues fuit in tra.
Si qui diues eſt ad tormēta rapit: quomō
Abraam p̄ceſſerat paupem vt ablatum in
ſinū ſuū ſuſcipet: Sed erat Abraā in diui-
tijs paup: humil': tremens: τ omīa p̄cepta
obaudiēs. Uſq3 adeo aute3 ꝓ nihilo habe
bat illas diuitias: vt iuſſus a dn̄o filiū ſuū
imolaret: cui huabat diuitias. Diſcite ḡ eſ
ſe inopes τ paupes: ſiue qui habetiſ aliq̇d
in iſto ſeculo: ſiue qui nō habetis. Nam et
hoiem mendicū inuenitis ſupbientē: τ ho
mine3 ſupabundantem diuitijs inuenitis
ꝯfitētē. Reſiſtit de⁹ ſupbis τ holoſericatis
τ pannoſis humilib⁹ aūt dat gr̄am: τ hn̄ti
bus aliquā ſubam huius ſeculi: τ nō habē
tibus interior inſpector eſt de⁹. Ibi appen
dit: ibi examinat. Staterā dei nō vides: co
gitatio tua in illā leuat. Uidete q2 meritu3
exauditiōis ſue: id eſt quo exaudiret in eo
poſuit vt diceret: Qm̄ egen⁹ τ inops ego
ſum. Obhua ne non ſis egenus τ inops:
ſi nō fueris nō exaudieriſ. Quicq̇d ē circa
mitti: vt recedas de domo manumiſſoris
tui. Seruite dño ī iocūditate. Plena erit
illa ꝛ ꝑfecta iocūditas: cū corruptibile h̄ i-
duerit incorruptionem: ꝛ mortale h̄ indue
rit immortalitatē. Tūc erit ꝑfecta iocundi
tas: tunc illa ꝑfecta iubilatio: tūc laus ſine
defectu: tūc amor ſine ſcādalo: tūc fructus
ſine timore: tunc vita ſine morte. Quid h̄?
Nullū ne gaudiū? Si nullū gaudiū: nulla
iubilatio. Quō iubilate deo vniuerſa t̄ra?
Eſt plāe ꝛ h̄ gaudiū de ſpe future vite: gu
ſtatur hic vn̄ ibi ſatiemur. Sꝫ neceſſe eſt vt
mlta ꝑferāt frumēta int̄ zizania. Sunt gra
na inter paleā: eſt liliū inter ſpinas. Quid
enī audit eccl'a? Sicut liliū in medio ſpina
rum: ita ꝓxima mea in medio filiarū. Nō

dictū eſt in medio alienarum: ſ in medio fi-
liarū. O dñe quō conſolaris: quō confor-
tas: Quō terres: Quid eſt qđ dicis: Sic
liliū in medio ſpinarū: ita ꝓxima mea i me
dio filiarū: Quas dicit ſpinas: Ipſas filias
reſpondet. Spine ſunt ꝓpter mores ſuos:
filie ꝓpter ſacramēta mea. Utinā ergo in-
ter gemit⁹ alienarū gemeret: minus geme-
retur. Ille eſt maior gemitus: qm̄ ſi inimi-
cus exprobraſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiq̄:
Et ſi is qui oderat me ſup me magna locu
tus fuiſſet: abſconderem me vtiq̄ ab eo.
Pſalmi voces ſūt: qui litteras noſtras no
uit ſequit: qui nō nouit diſcat vt ſequatur.
Si is qui oderat me ſup me magna locut⁹
fuiſſet: abſconderē me vtiq̄ ab eo. Tu vo
hō vnanimis dux meus ⁊ notus me⁹: qui
ſimľ mecū dulces capiebas cibos. Quos
dulces cibos nobiſcū capiūt: qui nobiſcū
ſemꝑ futuri nō ſunt: Quos dulces cibos:
niſi guſtate ⁊ videte q̄m dulcis eſt dñs: In-
ter illos neceſſe eſt vt gemamus. Sed q̄ ſe
ſeꝑatur⁹ eſt chriſtian⁹: vt nō gemat int fal-
ſos fratres: Quo iturus eſt: Quid factu-
rus: Solitudines petat: Sequunt ſcanda
la. Seꝑaturus eſt ſe qui bñ ꝓficit: vt nullū
omnino hoiez patiat. Quid ſi ⁊ ipm̄ ante-
q̄m ꝓficeret nemo vellet pati: Si ergo qꝛ ꝓ
ficit nullū hoiez vult pati: eo ipſo q̄ nō vult
aliquē hoiem pati cōuincit qđ nō profece
rit. Intendat caritas vr̄a: ſuſtinētes inui-
cem (ait aplus) in dilectiōe: ſatagentes ſer
uare vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Suſti
nentes inuicē: nō habes qđ in te ali⁹ ſuſti-
neat: Miror ſi nō eſt: Sed ecce non ſit: eo
robuſtior es ad ceteros ſuſtinēdos: q̄ iam
nō habes qđ in te alij ſuſtineāt. Nō ſuſtine
ris: ſuſtine ceteros. Non poſſum inq̄s. Er
go habes qđ ⁊ in te alij ſuſtineāt: Suſtinē
tes inuicē in dilectione. Tu deſeri res hu-
manas: ⁊ ſegregas te: vt nemo te videat:
Cui ꝓderis: Tu ad hoc ꝑueniſſes: ſi null⁹
tibi ꝓfuiſſet: An qꝛ veloces pedes tibi vi-
deris habuiſſe ad tranſeundū: ꝑciſur⁹ eſt
pontem: Exhortor omēs: vox dei oēs hor
tatur: ſuſtinentes inuicē in dilectiōe. Se-
parabo me inquit aliq̄s cū paucis bonis:
cū illis mihi bñ erit. Nam nulli ꝓdeſſe: im
piū ⁊ crudele eſt: Nōne hoc docuit domi-
nus meus: Nō eni damnauit euum qui in
teruertit qđ accepit: ſ qui nō erogauit. In
telligat pena interuerſoris ex pena pigri.
Serue nequā ⁊ piger ait dñs damnās: nō
ait interuertiſti pecuniā meā: nō ait: Dedi
tibi: ⁊ non mihi: qđ dedi integrū reddidi-
ſti: qꝛ nō creuit: quia nō erogaſti: inde inq̄t
te puniam. Auarus eſt de⁹ ſalutis noſtre.
Ergo ſeꝑabo me inq̄t cum paucis bonis.
Quid mihi eſt rationē hr̄e cū turbis: Bñ
pauci ipſi boni: de q̄bus turbis ſunt eliq̄ti:
Si tñ iam ipſi pauci hoies boni: tñ bō a co-
gitatio hūana: laudabiľ eſſe cū talibus qui
elegerunt vitam quietā: remoti a ſtrepitu
populari: a turbis inq̄etis: a magnis flucti
bus ſeculi: tanq̄ in portu ſunt. Iam ḡ ibi
gaudiū: Iā ibi iubilatō illa: q̄ ꝓmitt: Nō
dum: ſ adhuc gemitus: adhuc ſollicitudo
tēptationū. Hz eni aliūde ⁊ portus aditū.
Si nulla ex ꝑte haberet: nulla in eum na-
uis intraret. Oportet ḡ vt ex aliq̄ ꝑte pa-
teat. Aliqñ aūt ꝑ eam ꝑtē q̄ patz vētus: ir-
ruit: ⁊ vbi ſcopuli nō ſunt: naues ſeinuicez
colliſe ꝯfringūt. Ubi ḡ ſecuritas: ſi nec in
portu: Et tñ vtcūq̄ feliciores in portu q̄m i
pelago: fatendū erat: cōcedendū eſt: ver
eſt: tñ ſi naues in portu bñ ſibi amplicent:
nō ſibi collidant. Seruet ibi parilitas eq̄li
tatis: ꝯſtantia caritatis: ⁊ qñ forte ventus
ex illa ꝑte q̄ patet eruerit: ſit ibi cauta gub-
natio. Nā q̄d dicturus eſt mihi q̄ſq̄s talib⁹
locis forte ꝑeſt: immo fuit fratrib⁹ in his q̄
monaſteria dicunt: q̄d dictur⁹ eſt: Cautus
ero: nullū malum admittam. Quō nullū
malū admittes: Nullū hoiem malū: nullū
frēm malū intrantē admiſſur⁹ ſum: cū pau
cis bonis bñ mihi erit. Ubi cog̃ſcis: quez
forte vis excludere: Ut cog̃ſcat mal⁹ in-
tus ꝓbādus eſt. Quō ḡ excludis intratu-
rum: q̄ poſtea ꝓbandus eſt: ⁊ ꝓbari niſi in
trauerit nō pōt: Repelles oēs malos: Di
cis eni ⁊ noſti inſpicere: Oēs nudis cordi
bus ad te veniunt: q̄ intraturi ſunt: Ipſi ſe
nō nouerūt: q̄m tominus tu. Multi eni ſibi
ꝓmiſerūt qđ impleturi eſſent illā vitā ſan
ctam in cōe habentē oīa: vbi nemo dic ali-
q̄d ſuū: q̄bus eſt vna aīa: ⁊ cor vnū i deū:
miſſi ſunt in fornacē: ⁊ crepuerūt. Quō ḡ
cognoſcis eum q̄ ſibi adhuc ignot⁹ ē: Ex-
cludes malos fratres a cōuentu bonoꝝ:
De corde tuo quiſq̄s iſta dicis: oēs malas
cogitationes ſi potes a te exclude: non in-
tret in cor tuū vel mala ſuggeſtio. Nō con
ſentio inq̄s: ſ intrauit tñ vt ſuggereret. Nā
oēs munita corda habere volumus: vt ni-
hil intret qđ male ſuggerat. Unde autē in
tret quis nouit: Et pugnamus quotidie in
vno corde noſtro: vnus hō i corde ſuo cū
turba luctat. Suggerit auaricia: ſuggerit

libido:ſuggerit voracitas: ſuggerit leticia
iſta popularis:omia ſuggerunt: ab omib⁹
ſe continet:omibus reſpōdet: ⁊ ab omib⁹
auerſat:difficile eſt vt nō ab aliq̄ feriatur.
Ubi ergo ſecuritas? Hic nuſq̄:in iſta vita
nuſq̄:in ſola ſpe ꝓmiſſorū dei. Ibi aūt cū
illuc ꝑuenerimus:ꝑfecta ſecuritas: cū clau
dunt porte: ⁊ ꝯfirmant vectes portaꝝ hie-
ruſalem:ibi vere plena iubilatio ⁊ magnū
gaudiū. Nō aūt ne ſecurus laudes quā-
libet vitam:añ mortē ne laudes hoīez quē
q̄. Hinc aūt fallunt hoīes: vt vł nō ſuſci
piant meliorem vitā: vel temere aggrediā
tur:quia ⁊ eū laudare volūt: ſic laudāt vt
nō dicant mala q̄ mixta ſunt: ⁊ qui vitupa
re volūt tam inuido aīmo ⁊ ꝑuerſo vitupe
rāt: vt claudūt oculos aduerſus bōa: ⁊ ſo
la mala que ibi vel ſunt vel putant: exag-
gerēt. Inde fit vt vnaqueq̄ ꝓfeſſio male
laudata:id eſt nō caute laudata:cū inuita
uerit hoīes laude ſua:īueniāt illi qui illuc
veniāt aliquos q̄les ibi eſſe nō credebant:
⁊ offenſi a mał:reſiliāt a bonis. Fr̄es diſci-
plinam iſtā ad vitā vr̄am conferte: ⁊ ſic au
dite vt viuatis. Laudat:vt generalit̄ dicā:
eccl̄ia dei:magni hoīes chriſtiani:ſoli chri
ſtiani:magna catholica:diligūt ſe oēs:im-
pendūt ſibi quiſq̄ qd̄ poſſunt:orationib⁹:
ieiuniis:hymnis vacat ꝑ totū orbē terraꝝ:
vna conſenſione pacis laudat de⁹. Audit
forte qui neſcit:tacitū eſt de cōmixtis mał:
venit laudem inuitatus:inuenit cōmixtos
malos:qui nō illi ꝑdicti ſunt añq̄ veniret:
offēdit a falſis xp̄ianis: refugit a verī xp̄ia
nis. Rurſus odioſi maledici irruūt in vi-
tuꝑationē: Quales chriſtiani? Qui chriſti
ani? Auari:feneratores. Nōne ipi ſunt qui
theatra ⁊ amphitheatra implēt ꝑ ludos: ⁊
ꝑ alia ſpectacula:q̄ implent eccl̄ias ꝑ dies
feſtos? Ebrioſi:voraces:inuidi:inſectato-
res alterutrū ſunt tales:ſ; nō ſoli tales. Et
iſte vituꝑator ceco animo tacet bonos: ⁊ il
le laudator incauto aīmo tacet malos. Si
aūt ſic laudam⁹ in hoc tp̄e eccl̄am dei:quō
laudant ſcripture dei? Ecce quō nūc dixi.
Sicut liliū in medio ſpinaruz: ſic proxima
mea in medio filiarū. Audit hō:ꝯſiderat:
placet illi liliū: intrat:adheret lilio:tolerat
ſpinas:merebit eſſe in laude: ⁊ in oſcuł ſpō
ſi:qui dicit:Sicut liliū in medio ſpinaruz:
ſic ꝓxima mea in medio filiarū. Ita ⁊ ī cle
ricis. Laudatores clericorū intendunt ibi
bonos miniſtros:fideles diſpenſatores: om

nium toleratores: viſcera ſua impēdentes
his quos volūt ꝓficere:nō querentes que
ſua ſunt:ſ; q̄ Ieſu chriſti laudant hec obli-
uiſcunt: q꞉ mixti ſunt malis. Rurſus q̄ re-
ꝓhendunt auariciā clericoꝝ:improbitates
clericorū:lites clericorū appētētes res alie
nas:ebrioſos:voraces iactant: ⁊ tu inuide
vituꝑas: ⁊ tu incaute laudas. Tu qui lau
das: dic mixtos malos:tu qui vituꝑas:vi
de ibi ⁊ bonos. Sic ⁊ in illa vita cōi fratrū
que ē in monaſterio magni viri ſcti:quoti-
die in hymnis:in orationib⁹:ī laudib⁹ dei
inde viuūt:cū lectione illis res ē. Laborāt
manibus ſuis:inde ſe tranſigūt: nō auare
aliq̄d petunt:quicq̄d eis infert a piis fra-
tribus cum ſufficientia ⁊ cū caritate vtun-
tur. Nemo ſibi vſurpat aliq̄d ꝙ alť nō ha
beat. Omēs ſe diligūt:oēs inuicē ſe ſuſti-
nent. Laudat q̄ neſcit q̄d iterius agat:q̄ ne
ſcit quō illo vento intrante etiam naues in
portu collidūt. Intrat q̄ſi ſecuritatem ſpe-
rans neminē quē toleret habiturus: inueit
ibi fratres malos:qui mali inueniri nō poſ
ſent:niſi admitterēt: ⁊ neceſſe eſt vt primo
tolerent:ne forte corrigant:nec excludi fa
cile poſſunt:niſi ꝑus fuerint intolerati: ⁊ fit
ipe intolerande patientie. Quis me que-
rebat? Ego putabaz q꞉ caritas eſſ; hic. Et
paucorū hoīm moleſtia irritatus: dum nō
ꝑſeuerauerit implere qd̄ vouit:fit deſertor
tam ſancti ꝓpoſiti: ⁊ reus voti nō redditi.
Iam vo cum inde exierit: fit ⁊ ipe vituꝑa-
tor ⁊ maledic⁹: ⁊ dicit ea ſola que quaſi ſe
ꝑati nō potuiſſe aſſeuerat: ⁊ aliq̄n vera:ſed
vera mala malorū toleranda ſunt ꝓpter ſo
cietatem bonoruz. Dicit illi ſcriptura: Ue
his qui ꝑdiderūt ſuſtinētiā: ⁊ qd̄ ē ampli⁹
ructat indignatōes malorū odorē: vñ abſ
terreat intraturos: q꞉ ipe cum intraſſet: ꝑ-
durare non potuit. Quales illi inuidi liti-
gatores neminez ſuſtinentes auari: ille il-
lud ibi fecit: ⁊ ille illud ibi fecit. O male q̄-
re taces bonos? Quos tolerare non potui
ſti:iactas:q̄ te malū tolerauert taces. Me
rito illud fratres cariſſimi magnificū in do
mini euāgelio ex ore dn̄i: Duo ī agro: vn⁹
aſſumet: ⁊ vnus relinquet. Due in molen
dino: vna aſſumet: ⁊ vna relinquet. Duo
in lecto: vnus aſſumet: ⁊ vnus relinquet.
Qui ſunt duo in agro? Qd̄ dicit apoſto-
lus: Ego plantaui: apollo rigauit:ſ; deus
incrementū dedit. Dei agricultura eſt: in
agro laboramus. Duo in agro clerici ſūt:

vnus aſſumetur ⁊ vnus relinquet᷑: aſſume
tur bonus: relinquetur malus. In molen⸗
dino due ad plebes retulit. Quare in mo⸗
lendino? Quia deuincte ſeculo circũitu re
rum temporaliũ tanq̃ȝ mola detinent᷑: ⁊ in
de vna aſſumet᷑: ⁊ vna relinquet᷑. Que in⸗
de aſſumet᷑? Faciens opera bona: attẽdẽs
indigentiam ſuorum dei: indigentiaȝ pau
peruȝ: in confeſſione fidelis: in leticia ſpei
certa: vigilans ad deum: nulli imp̃cãs ma
la: diligens quantũ poteſt: nõ ſolum ami⸗
cos: ſed etiam inimicos: preter vxorẽ ſuaȝ
non ſciens aliquam: preter maritum ſuum
nõ ſciens aliquẽ. Aſſumet᷑ ⁊ de molẽdino:
que autẽ aliter fuerit relinquet᷑. Alij auteȝ
dicunt quietem volumus: neminẽ volum⁹
pati: remouemus nos a turbis: bñ erit no⸗
bis in quadam ſecuritate. Si quieteȝ que⸗
ris: quaſi lectum queris: vt ſine aliqua ſol⸗
licitudine requieſcas: ⁊ inde vnus aſſume
tur: ⁊ vnus reliquet᷑. Nemo vos fallat fr̃es
ſi non vultis falli: ⁊ vultis amare. Fratres
ſcitote omneȝ profeſſionẽ in eccleſia habe⸗
re fictos. Non dixi omnẽ hominem eſſe fi⸗
ctum: ſed omnem ꝓfeſſioneȝ habere fictas
ꝑſonas. Sunt chriſtiani mali: ſed ſũt ⁊ bo
ni. Quaſi plures malos vides qui a palea
ſunt: ⁊ te ad grana ꝑuenire nõ permittũt.
Sunt ibi ⁊ grana: accede: tempta: excute:
adhibe oris iudicium. Inuenis ſanctimo
niales indiſciplinatas: nunq̃d ideo ſancti⸗
monium rep̃hendendum eſt? Multe non
ſtant in domib⁹ ſuis: circũeũt domos alie
nas: curioſe agentes: loquentes q̃ nõ opor
tet: ſup̃be: linguate: ebrioſe. Et ſi virgines
ſunt: quid ꝓdeſt integra caro: mente corru
pta? Melius eſt humile cõiugium: q̃ȝ ſup̃⸗
ba virginitas. Si enim nuberet: non habe
ret nomẽ vnde extolleret᷑: ⁊ haberet frenuȝ
quo regeret᷑. Sed nũquid propter v̓gines
malas damnaturi ſumus ⁊ ſanctas et cor
pore ⁊ ſpiritu? Aut ꝓpter iſtas laudabiles
etiã illas improbãdas laudare cogemur?
Undiq̃ȝ vnus aſſumet᷑: ⁊ vnus relinquet᷑.
Ergo fratres finiamus pſalmum: quia pla
nus eſt. Seruite domino ĩ iocũditate. Uos
alloquit᷑ quicũq̃ȝ in caritate omnia tolera⸗
tis: ⁊ ſpe gaudetis. Seruite dño: nõ ĩ ama
Alia lra ritudine murmuratiõis: ſed in iocunditate
t Introite dilectionis. ᵗ **Intrate in conſpectu
eius: in exultatiõe.** Facile eſt exultare
foris: in cõſpectu dei exulta. Nõ valde lin
gua exultet: ſed conſciẽtia exultet. Intra⸗
te in cõſpectu eius in exultatiõe. **Sci⸗
tote quoniã domin⁹ ipſe eſt deus.**
Quis neſcit quoniã dñs ipſe eſt de⁹? Sed
de dño dicit quem nõ putabant homines
deũ. Scitote qm̃ domin⁹ ipſe eſt deus. Do
minus ille nõ vobis vileſcat: quem cruci⸗
fixiſtis: flagellaſtis: ſputis illiniſtis: ſpinis
coronaſtis: veſte ignominioſa veſtiſtis: in
ligno ſuſpendiſtis: clauis cõfixiſtis: lancea
ꝑcuſſiſtis: cuſtodes ad ſepulchrũ poſuiſtis:
Ipſe eſt deus: Scitote qm̃ dñs ipſe eſt de⁹.
**Ipſe fecit nos: ⁊ nõ ipſi nos.** Ipſe fe
cit nos: Omĩa ꝑ ipm̃ facta ſunt: ⁊ ſine ipſo
factum eſt nihil. Quid eſt quod exultatis?
Quid eſt qđ ſup̃bitis? Alius vos fecit: ⁊ q̃
vos fecit: ipſe a vob̾ patit᷑. Sȝ vos ſic vos
iactatis ⁊ gloriamini ⁊ extolliſ̃: quaſi a vo
bis ipis facti ſitis. Bonuȝ eſt vobis vt qui
fecit vos: ꝑficiat vos. Ipſe fecit nos: ⁊ non
ipſi nos. Nõ debemus ſup̃bire: totũ bonũ
quod habem⁹: ab artifice noſtro habem⁹.
Qđ ĩ nobis fecimus inde damnamur: qđ
in nobis ille fecit inde coronamur: Ipſe fe
cit nos: ⁊ nõ ipſi nos. ¶ **Nos ᵗ autẽ po⸗ Alia lra
pulus ei⁹: ⁊ oues paſcue ei⁹.** Oues t non habet
⁊ ouis. Ipſe oues vna ouis. ⁊ quã amãtiſſi
mum noſtri paſtoreȝ habemus: dimiſit no
nagintanouem: deſcendit querere vnaȝ:
reportat in humeris ſuis redemptam ſan⸗
guine ſuo. Securus mortuus eſt paſtor ꝓ
oue: q̃ reſurgens poſſidet ouem. Nos aũt
populus eius: ⁊ oues paſcue ei⁹. **Intra⸗
te portas eius in cõfeſſione.** In por
tis initiuȝ eſt. A confeſſione incipite: inde
pſalmũ in confeſſione ibi iubilate. Confi⸗
temini vos: nõ factos a vobis: laudate eũ
a quo facti eſtis. Ab illo ſit bonum tuuȝ: a
quo recedens feciſti malũ tuum. Intrate
portas eius in confeſſione. Intret grex in
portas: non foris remaneat ad lupos. Et
quomõ intret? In cõfeſſiõe. Porta: id eſt
initiũ confeſſio tibi ſit. Uñ in alio pſalmo
dicit᷑: Incipite domino in confeſſione. Qđ
illic dicit: incipite: h̃ appellauit hic portas.
Intrate portas eius in confeſſione. Et
q̃d cũm iam intrauerimus: non confitebi⸗
mur? Semꝑ cõfitere: ſemꝑ habes quod cõ
fitearis. Difficile eſt in hac vita: vt ſic ho
mo mutet᷑: vt nihil inueniat᷑ in eo quod re⸗
p̃hendatur. Opus eſt vt tu te rep̃hendas:
ne ille rep̃hendat qui damnaturus eſt. Er
go ⁊ cuȝ intraueris in atria confitere. Quũ
nõ erit cõfeſſio peccatoruȝ? In illa requie:

in illa eq̄litate angelorū. Sed videte quid
dixerim: nō erit confeſſio peccatorū. Non
dixi: non erit cōfeſſio: erit enim ꝯfeſſio lau-
dis. Semꝑ cōfiteberis illum deū: te crea
turam: illū ꝓtectorem: te protectum. In il-
lo quodāmodo abſconditus eris: ſicut di-
ctum eſt: Abſcōdes eos in abſcōdito vul-
tus tui. † In atria eiꝰ in hymnis † con
feſſionum confitemini † ei. In portis
cōfitemini: ⁊ in atria cum intraueritis con
fitemini in hymnis. Hymni laudes ſunt.
Quādo intras te reꝑhende: cum intraue-
ris illum lauda. Aperite mihi portas iuſti
cie: dicit in alio pſalmo: ingrediens in eas
confitear domio. Nūquid dixit: cū ingreſ
ſus fuero iam non cōfitebor? Etiā ingreſ-
ſus cōfitebitur. Que enim peccata cōfite-
batur dn̄s noſter Jeſus chriſtus quando
ait: Confiteor tibi pater domīe celi ⁊ terre?
Illum laudās confitebatur: nō ſe accuſans.

Alia lr̄a non habet illi

Laudate nomen eius quoniam
ſuauis eſt dominꝰ. Nolite putare quia
deficitis in laudando. Laudatio veſtra q̄-
ſi māducatio erit. Quantū laudatis: tātū
vires acq̄ritis: ⁊ tm̄ dulceſcit quē laudatis.
Laudate nomen eius quoniā ſuauis ē do-
minus. In eternū miſericordia eiꝰ.
Non enim cum te liberauerit deſinet eē mi
ſericors: ⁊ vt protegat ſemꝑ in eternam vi
tam miſericordia eius eſt. In eternū ergo
miſericordia eius. Et vſq; in genera-
tionem ⁊ generatione veritas eiꝰ.
Aut omnem generationē accipe qd̄ dictū
eſt in generationem ⁊ generationem: aut in
duabus generationibus: vnam terrenam:
alterā celeſtem. Hic eſt generatio vna que
parit mortales: altera que parit eternos.
Veritas eiꝰ ⁊ hic eſt ⁊ ibi. Noli putare q̄a
hic non eſt veritas eius. Si nō hic eſſet ve
ritas eius: non diceret in alio pſalmo: Ve
ritas de terra orta eſt. Nec ipſa veritas di-
ceret. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; in con
ſummationem ſeculi.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄. XCIX.
Incipit Tractatus de pſ̄. C.

Expoſitio pſalmi.

Pſalmus iſte centeſimus quod habet
in primo verſu: hoc in toto corꝑe eiuſ
querere debemus.

Miſericordiam ⁊ iudiciū can
tabo tibi domine. Nemo ſibi
ad impunitatem blandiatur de mi-
ſericordia dei: quia eſt iudiciū. Et nemo i
melius cōmutatus exhorreat iudiciū dei:
quia precedit miſericordia dei. Homines
enim quādo iudicant aliquādo victi miſe
ricordia faciūt contra iuſticiā: ⁊ videtur in
eis eſſe miſericordia: ⁊ nō eſſe iudiciū: ali-
quādo v̇o rigidum volentes tenere iudi-
cium perdūt miſericordiā. Deus autē nec
in bonitate miſericordie ꝑdit iudicij ſeueri
tatem: nec in iudicādo cum ſeueritate amit
tit miſericordie bonitatē. Ecce ſi tempori-
bus diſtinguamus hec duo: miſericordiā
⁊ iudiciū. Forte enim nō ſine cauſa ipſo or-
dine poſita ſunt: vt non diceret iudiciū et
miſericordiam: ſed miſericordiā ⁊ iudiciū.
Si ergo per tempa diſtiguamus hec duo:
forte inuenimꝰ modo tempus eſſe miſcd̄ie:
futurū autē tempus iudicij. Quomō ē pri
mo tempus miſcd̄ie? Primo in deo conſi-
dera: vt ⁊ tu quantū ipſe tibi donauit imite
ris patrem. Neq; enim arrogant dicimus
patrem noſtrū nos debere imitari: quādo
q̄dem dominꝰ ipſe vnicus dei filiuſ ad hoc
nos hortatur dicens: Eſtote ſicut pater veſt
celeſtis: Cū diceret: Diligite inimicos ve-
ſtros: orate pro eis qui vos ꝑſequunt: vt ſi
tis inquit filij patris veſtri qui in celis eſt:
qui ſolem ſuū oriri facit ſuper bonos ⁊ ma
los: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Ecce
miſericordia. Quando vides iuſtos et
iniquos eundem ſolem intueri: eandem lu-
cem capere: eoſdem fontes bibere: eadem
pluuia ſaginari: iiſdē fructibus terre reple
ri: ſimiliter aerem iſtum ducere: hr̄e equa-
liter bona mundi: noli putare iniuſtū eſſe
deū qui dat iſta equaliter iuſtis ⁊ iniuſtis:
Miſericordie tempus eſt: nōdū iudicij.
Niſi enim ꝓmo deus ꝑ miſericordiā parce
ret: nō inueniret q̄s ꝑ iudicium coronaret.
Eſt ergo miſcd̄ie tēpus: qn̄ patiētia dei ad pe
nitentiā adducit peccātes. Audi apl̄m di
centē: vtrunq; tp̄us: ⁊ diſtigue ⁊ tu. Exiſti
mas aūt inq̄t o hō q̄ iudicas eos q̄ faciunt
ea ⁊ eadē agiſ: qm̄ tu effugies iudiciū dei?
Intēdite: videbat eni ſe. Sz cui h̄ dic? Nō
eni vni hoi dic: ſ; generi hūano talia dice-
bat ſe cōmittere multa mala quotidie: ⁊ ta
men viuere nihil mali ſibi contingere: ⁊ pu
tabat aut dormire deū: aut res humanas
non attendere: aut amare facta hominum
mala: tollit iſtam cogitationem de corde:
ſed bene intelligentibus. Quid ergo ait?
Exiſtimas o homo q̄ iudicas eos qui talia
agunt ⁊ facis ea: quoniā tu effugies iudi-

cium dei? Et quaſi diceret: quare facio tā-
ta mala quotidie: ⁊ nihil mali mihi ꝯtigit:
ſecutꝰ oſtendit illi tempus miſcdie. An di-
uitias benignitatis ⁊ patiē ⁊ longanimita-
tis eius contemnis? Et vere qꝛ hoc cōtem
nebat: ſed fecit illū ſollicitū: Ignoras inqͥt
qm̄ benignitas dei ad penitentiā te addu-
cit? Ecce tp̄s miſcdie. Ne aūt h̄ ille ſꝑ puta-
ret futurū: quō ſecutus eū terruit? Tu aūt
iam tempus iudicij audiſti: audi tempus
miſcdie. Propter miſcdiam ⁊ iudiciū can
tabo tibi domie. Tu aūt inqͥt ſm̄ duriciaꝫ
cordis tui ⁊ cor impenitēs: theſaurizas ti-
bi iram in die ire ⁊ reuelatōnis iuſti iudicij
dei: q̄ reddet vnicuiqꝫ ſm̄ opa ſua. Ecce
miſericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi domi-
ne. Sed minatꝰ eſt de iudicio: Nūqͥd ideo
iudiciū dei tantūmodo formidandū eſt: ⁊
nō amandū? Formidandū malꝭ ꝓpt̄ penā:
amandū bonis ꝓpter coronā. Quia ḡ ter
ruit malos apoſtolus i hoc teſtimonio qͦd
commemorauit: audi vbi ſpem dat bonis
de iudicio: ſeipm̄ ponit ⁊ dicit ⁊ oſtendit:
⁊ ip̄e in ſe tēpus miſcdie: qꝛ niſi ⁊ ip̄e inue-
niret tempus miſcdie: qualem illum inue-
niret in iudicio? Blaſphemū pſecutorē in
iurioſum. Sic eni dicit ⁊ cōmendat tēpus
miſcdie in quo mō ſumus. Qui ꝑus fui in
qͥt blaſphemꝰ ⁊ pſecutor ⁊ iniurioſus: ſꝫ mi
ſericordiā conſecutꝰ ſum. Sꝫ forte ip̄e ſolꝰ
ꝯſecutus eſt miſcdiam: audi quō nos eri-
gat. Ut in me inqͥt oſtēderet chriſtꝰ Jeſus
omnem longanimitatē ad informationem
eorū q̄ credituri ſunt illi in vitam eternam.
Quid eſt vt in me oſtēderet longanimita-
tem? Ut vnuſquiſqꝫ pctōr ⁊ ſceleratꝰ vide
ret: qꝛ Paulus accepit veniā: ⁊ nō de ſe de
ſparet. Ecce oñdit ſe: erexit ⁊ alios. Ubi?
In tempe miſcdie. Audi in tpe iudicij qͥd
dicat de bonis: Iterū dicēs de ſe ⁊ de alijſ
ꝑmo miſcdiam cōſecutus eſt. Quare? Qꝛ
fuit blaſphemꝰ ⁊ pſecutor ⁊ iniurioſus: ve-
nit dn̄s vt donaret Paulo: non vt redde-
ret. Nā ſi reddere vellet: qͥd inueniret qͦd
redderet peccatori: niſi penā ⁊ ſuppliciuꝫ?
Noluit reddere penā: ſꝫ donauit gr̄aꝫ. Au
di qꝛ ille cui donauit tenet dn̄m etiā debi-
torē. Inuenit eū donatorē tpe miſcdie:
tenet debitorē tpe iudicij. Quō h̄ dicit: vi
dete. Ego eni iam imolor dixit: ⁊ tp̄s reſo-
lutionis mee ꝓximū eſt. Bonū certamen
certaui: curſum cōſummaui: fidem ſuaui.
Hoc tpe miſcdie: Audi de iudicio: De ce

tero ſupeſt mihi corōa iuſticie: quā reddet
mihi dn̄s in illa die iuſtꝰ iudex. Nō dixit
donat: ſed reddet. Qn̄ donabat miſicors
erat: qn̄ reddet: iudex erit: quia miſcdiaꝫ ⁊
iudiciū cantabo tibi dn̄e. Sꝫ donando de
licta fecit ſe debitorēꝫ corone: ibi miſcdiaꝫ
conſecutꝰ ſum. Miſicors ḡ dn̄s ꝑmo: hic
aūt reddet mihi coronam iuſticie. Uñ red
det? Quia iuſtus iudex eſt. Quare iuſtus
iudex? Quia bonū certamen certaui: cur-
ſum conſūmaui: fideꝫ ſuaui. Ideo iuſtus
nō poteſt niſi coronare iſta: inueīt eniꝫ iſta
q̄ coronaret. Antea v̄o quid inuenerat q̄
ꝑus fuit blaſphemus ⁊ pſecutor? Iſta do-
nauit: illa coronauit. Donauit hec tempe
miſcdie: coronauit illa tempe iudicij: quia
miſcdiam ⁊ iudiciū cantabo tibi dn̄e. Sed
nunqͥd ſolus Paulus h̄ meruit? Hoc eni
dixeram quomō in illo teſtimonio terruit:
ſic i iſto erexit. Cū dixiſſet: Reddet mihi i
illo die iuſtus iudex: non ſolū mihi inquit:
ſꝫ omibus qui diligūt manifeſtationē et re-
gnum eius. Ergo fratres qm̄ habemus tē
pus miſcdie: nō nobis blādiamur: nō nos
dimittamus: nō dicamus: ſemꝑ pcit deuſ.
Ecce feci heri: ⁊ pepcit deus: facio et ho-
die: ⁊ parcit deus: faciam ⁊ cras: qꝛ parcit
deus: Attēdis ad miſcdiaꝫ: ⁊ nō times iu-
diciū. Si vis cantare miſcdiam ⁊ iudiciū:
intellige: qꝛ ideo parcit vt corrigaris: non
vt in malignitate ꝑmaneas: Noli tibi the-
ſaurizare iram in die ire ⁊ reuelatiōis iuſti
iudicij dei: quia tempꝰ miſcdie in alio pſal
mo dicit: Pctōri auteꝫ dicit deus: Ut qͥd
tu enarras iuſtificationes meas: ⁊ aſſumis
teſtamentū meū ꝑ os tuum? Tu v̄o odiſti
diſciplinā meaꝫ: ⁊ abieciſti ſmones meos
poſt te. Si videbas furē: currebas cū eo:
⁊ cum mechis portionem tuam ponebas.
Sedens aduerſus fratrē tuū detrahebas:
⁊ aduerſus filiū matris tue ponebas ſcan-
dalum: Hec feciſti ⁊ tacui. Uide tp̄us mi-
ſericordie. Quid eſt tacui? Nūqͥd nō corri
pui? Sꝫ n̄ iudicaui. Quō eni tacet q̄ quo
tidie clamat in ſcripturis: in euāgelio: in p̄
dicatoribus ſuis? Tacui a ſupplicio: nō a
v̄bo. Hec feciſti ⁊ tacui. Et qꝛ tacuit deuſ:
id eſt nō vindicauit: quid ſibi dixit i corde
ſuo peccator? Audi. Suſpicatus es inqͥt
iniqͥtatē ꝙ ero tibi ſilis: id eſt paruꝫ ē qꝛ tu
talis eras: ⁊ me talem putabas. Et cū oſtē
diſſꝫ illi tp̄s miſcdie: terruit de tpe iudicij.
Arguā te ⁊ ſtatuaꝫ te ante faciē tuā. Tu te

ponis poſt te: ego te ponam ante te. Om-
nis enim q̇ non vult videre pctã ſua: poſt
dorſum ſe ponit: ⁊ alioꝝ peccata acute at-
tendit: nõ ꝑ diligentiã: ſꝫ ꝑ inuidentiã: non
volẽs ſanare ſꝫ accuſare: ſe aũt obliuiſcit̃.
Vñ talibus dñs dicit: Stipulam in oculo
fratris tui vides: ⁊ trabẽ in oculo tuo non
ↄſideras: Quia ğ miſcđia ⁊ iudiciũ cãtat̃
nobis: ⁊ nos facientes miſcđiaꝫ ſecuri ex-
pectemꝰ iudiciũ: ⁊ ſimus in corꝑe ipſius: et
nos cantemꝰ eã. Cantat enĩ hoc chriſtus:
id eſt ſi ſolũ caput cantat: a dño ẽ canticũ
hoc: ad noſ nõ ꝑtinet. Si aũt totus chriſtꝰ
id ẽ caput ⁊ corpus eiꝰ: eſto in mẽbris eiꝰ:
adhere illi ꝑ fidem ⁊ ꝑ ſpem ⁊ ꝑ caritatem:
⁊ in illo canta: in illo exulta: q꞉ ⁊ ipſe in te la
borat: in te ſitit: in te eſurit ⁊ tribulat̃. Ille ĩ
te adhuc morit̃: ⁊ tu in illo iaꝫ reſurrexiſti.
Nã ſi in te nõ morerer̃: nollet in te ſibi ꝑci
a ꝑſecutore cum diceret: Saule Saule q̇d
me ꝑſequeris: Ergo frẽs mei chriſtus can
tat. Sed quõ noſtis: Chriſtũ aſſidue com-
mendauimꝰ vobis: ⁊ ſcio q꞉ rudia vob̃ nõ
ſunt: Dñs chriſtus v̇bũ eſt dei ꝑ qđ facta
ſunt oĩa. Hoc v̇bum vt redimeret nos: ca
ro factũ eſt: ⁊ habitauit in nobis. Factꝰ eſt
hõ deꝰ ſuꝑ oĩa filius dei equal̃ patri. Ad hꝫ
factus eſt vt deus hõ mediator eſſet int̃ ho
mines ⁊ deũ: ⁊ recõciliaret lõge poſitos: ⁊
ↄiungeret ſeꝑatos: ⁊ reuocaret alienatos:
⁊ reduceret ꝑegrinos: ad hꝫ factꝰ ẽ hõ. Fa-
ctus eſt ğ caput eccl̃ie: habet corpꝰ ⁊ mem
bra. Quere mẽbra ipſius: mõ gemũt ꝑ vni
uerſum orbẽ terraꝝ: tũc letabunt̃ in fine in
corona iuſticie: de qua dicit Paulus: quã
reddet mihi dñs in illo die iuſtus iudex.
Et modo ğ cantemꝰ in ſpe: oẽs in vnũ col
lecti. Chriſtũ enĩ induti chriſtus ſumꝰ cuꝫ
capite nr̃o: q꞉ vtiqꝫ Abrae ſemen ſumus:
Apl̃s hoc dicit. Quia dixi chriſtus ſumꝰ:
Aplus ait ergo: Abrae ſemen eſtis ſcḋm ꝓ-
miſſionẽ heredes: Abrae ſemen eſtis. Vi-
deamus ſi ſemẽ Abrae eſt chriſtus: In ſe-
mine tuo bñdicent̃ oẽs gentes. Nõ dixit ĩ
ſeminibus tanq̄ꝫ in multis: ſꝫ tanq̄ꝫ in vno: ⁊ ſe
mini tuo qđ eſt chriſtus. Et nobis dicit: ğ
ſemen Abrae eſtis. Manifeſtũ q꞉ ad chri
ſtum ꝑtinemus: ⁊ q꞉ mẽbra eiꝰ ⁊ corpꝰ eiuſ
ſumus: cũ capite noſtro vnus hõ ſumus.
Cantemus ğ miſcđiam ⁊ iudiciũ cantabo
tibi dñe. Pſallam ⁊ intelligam ĩ via
immaculata qñ venies ad me. Niſi
in via immaculata: nõ potes pſallere nec ĩ
telligere. Si vis intelligere in via immacu
lata: pſalle: id eſt oꝑare in hilaritate deo
tuo. Que eſt via imaculata: Audi ſequen
tia. †Deambulabã in innocentia
cordis mei: in medio domus mee.
Hec via imaculata ab innocentia cepit: ĩ
ipa etiã ꝑuenit. Quid queris multa v̇ba:
Innocens eſto: ⁊ ꝑfeciſti iuſticiã. Sed q̇d
eſt eſſe innocentẽ: Duobus enĩ modis no
cet hõ q̄ꝫtum in ipo eſt: aut faciendo miſe-
rum: aut deſerendo miſerũ: quia tu nõ vis
ab illo fieri miſer: ⁊ nõ vis deſeri ab alio ſi
miſer fueris. Quis eſt qui facit miſeros:
Qui infert violentias vl̃ inſidias: Rapit
res alienas: opprimit pauꝑes: furat̃ coniu
gia aliena ſollicitat: calũnioſus eſt: vult in
ferre hominibus qđ doleãt ſtudio maliuolẽ-
tie. Quis eſt q̇ deſerit miſeros: Qui videt
inopem aliquo auxilio egenteꝫ: ⁊ cum ha-
beat quomõ ꝑſtet: cõtemnit: deſpicit: alie-
nat cor ſuum. Or ſi iam omnino talis eſſꝫ:
vt non opus haberet aliqua miſcđia: ſuꝑ-
bus eſſet ſi deſereret miſerum. Adhuc ĩ tri
bulatione carnis conſtitutus eſt: neſciens
quid ſibi poſſit cras accidere: ⁊ deſpicit la
chrymas miſerorũ: non eſt innocens. Sꝫ
quis eſt innocenſ: Qui cum alij nõ nocet:
nec ſibi nocet. Qui enim ⁊ ſibi nocet: non
eſt innocens. Ait aliquis: Ecce non tuli
alicui: nec preſſi aliquem de re mea: de iu-
ſto labore meo bene mihi faciam. Conui-
uium: apparatũ habere volo: erogare volo
quantũ me delectat. Bibere cum quibus
volo: quãtum me delectat. Cui aliquid tu-
li: Quem preſſi: Quis de me queſtus eſt:
Innocens videt̃: ſed ſeipm̃ corrumpit: ſi
templum dei in ſe euertit. Quid expectas
vt in alio faciat miſericordiã: ⁊ parcat mi-
ſer: Qui in ſeipſum crudelis eſt: eſſe ĩ alio
miſericors põt: Tota ergo iuſticia ad vnũ
verbum innocentie redigit̃: Qui auteꝫ di-
ligit iniquitatem: odit animã ſuaꝫ. Quan-
do amabat iniquitatẽ: putabat ꝙ alijs no
cebat. Sed vide ſi alijs nocebat: Qui dili
git iniquitatem: odit animã ſuam. Sibi er
go prius nocet q̇ vult alijs nocere: nec de-
ambulat q꞉ non eſt vbi anguſtias nõ pati
tur arta oĩs malicia: ſola innocẽtia lata ẽ.
Vbi deambulabat: Deambulabã ĩ inno
cẽtia cordis mei in medio domꝰ mee. Me
diũ domꝰ ſue: aut ipſã eccleſiã dicit. Chri-
ſtus eniꝫ deambulabat: aut cor ſuũ: domꝰ
enim noſtra interior: cor noſtrum eſt: vt hꝫ
expoſuerit quod ſuperius dixit: In inno-
centia cordis mei. Que eſt innocentia cor

Alia lr̃a
† Perãbulabã

dis ſui? Medium domus ſue. Hanc do-
muꝫ quiſquis hꝫ malā: pellitur ab illa foris.
Quiſqꝫ eni in corde premit̄ mala ꝯſcia: q̄
modo quiſqꝫ ab ſtillicidio exit de domo ſua:
aut a fumo nō ibi ſe patitur habitare: ſic q̄
non habet quietum coꝛ: habitare in corde
ſuo libenter nō poteſt. Tales foras exeūt
a ſeipis animi intentiōe: ⁊ de his que foris
ſunt circa coꝛpus delectant̄: quieteꝫ in nu
gis: in ſpectaculis: in luxurijs: in omibus
malis querunt. Quare foris voluerūt ſibi
bene eſſe? Quia nō eſt illis intus bn̄: vnde
gaudeāt in cōſcientia ſua. Ideo dn̄s cum
ſanaſſet paliticū ait: Tolle grabatū tuuꝫ:
⁊ vade in domū tuam. Faciat illud anima
que q̄ſi paliſi diſſoluta ē: in membꝛis bone
operationis conſtringat̄ vt bn̄ opet̄. Tollat
grabatū ſuū: regat coꝛ ſuū: iam eat in do-
mum ſuā: intret in conſcientiā ſuā: iam la-
taꝫ inueniet vbi deambulet: ⁊ pſallat: et in

Alia lr̄a. telligat. **Non pꝛoponebam ante**
t iniuſtam **oculos meos rem† malā.** Quid ē: nō
ꝓponebā an̄ oculos meos rē malā? Nō dili
gebā. Solꝫ eni dici quod noſtis de hoie q̄
ab aliquo diligit̄: ante oculos illū habet: ⁊
ille qui contemnit̄ ſic ſolet q̄ri: non me ha-
bet ante oculos. Quid ergo eſt ante ocu-
los habere? Diligere. Quid eſt non dilige
re? Nō ibi coꝛde habitare. Dixit ḡ nō ꝓ-
ponebam ante oculos meos rem malā: nō
diligebam rem malā. Et exponit ipam reꝫ

Alia lr̄a malā. **Faciētes ꝑuaricatiōes† odio**
t odiui **habui.** Intendite fratres mei. Si deam-
bulatis cum chꝛiſto in medio dom⁹ eius:
id eſt ſi vel in coꝛde veſtro bn̄ requieſcitis:
vel in ipa eccl'ia bonum iter carpitis in via
immaculata: nō eos tm̄ qui foris ſunt de-
betis odiſſe ꝑuaricatoꝛes: ſed ⁊ quoſcūqꝫ
intus inueneritis. Qui ſunt ꝑuaricatoꝛes?
Qui oderūt legem dei: qui audiūt illam: ⁊
nō faciūt: ꝑuaricatoꝛes dicunt̄. Facientes
ꝑuaricationē odio habe: repelle illos a te.
Sed odire debes ꝑuaricatoꝛes: nō hoies.
Unus hō ꝑuaricatoꝛ: videte qꝛ duo noia
habꝫ: homo ⁊ ꝑuaricatoꝛ. Hoiem deus fe
cit: ꝑuaricatoꝛem ipe hō fecit. Ama in illo
qꝺ deus fecit: ꝑſequere in illo qꝺ ipe ſibi fe
cit. Cū eni ꝑſecut⁹ fueris ꝑuaricatoꝛē ei⁹:
occidis qꝺ hō fecit: ⁊ liberat̄ qꝺ deus fec.
Faciētes ꝑuaricationē odio habui. **Nō
adheſit mihi coꝛ prauuꝫ.** Qꝺ eſt coꝛ
prauū? Coꝛ tuū. Qꝺ eſt coꝛ tuū? Coꝛ non
rectū. Qꝺ eſt coꝛ non rectū? Uide quod ē
coꝛ rectum: ⁊ ibi inuenis qꝺ eſt coꝛ non re-
ctum. Rectū coꝛ dicit̄ hoīs: q̄ omia q̄ vult
deus ipe vult. Intēdite. Oꝛat aliqs: vt ne
ſcio q̄d nō eueniat: oꝛat ⁊ nō ꝓhibet̄: pe-
tat q̄ntum pōt: ſed cōtra volūtatē ipi⁹ eue-
nit aliq̄d: ſubiūgat ſe volūtati dei: non reſi
ſtat volūtati magne: qꝛ ipe dn̄s ſic illud ex
ponit: oſtendēs infirmitatem noſtraꝫ in ſe
qn̄ paſſurus erat ait: Triſtis eſt aīa mea
vſqꝫ ad moꝛtē. Nō enim vere ille timebat
moꝛtē: qui in ptāte habebat ponendi aīaꝫ
ſuā: ⁊ in ptāte habebat iterū ſumēdi eam.
Et Paulus apoſtolus miles ipius: ſeruuſ
ipi⁹ clamat: Bonū certamen certaui: cur-
ſum conſūmaui: fidem ſuaui: de cetero re-
poſita eſt mihi coꝛona iuſticie: quā reddet
mihi dn̄s in illo die iuſtus iudex. Exultat
qꝛ moꝛitur⁹ eſt: ⁊ dn̄s eius ⁊ impatoꝛ eius
triſtis eſt qꝛ moꝛiturus eſt. Ergo melioꝛ ſer
uus q̄ꝫ dn̄s? Et vbi eſt qꝺ ait ipe domin⁹:
Sufficit ſeruo: vt ſit ſicut dn̄s eius: ſufficit
diſcipulo: vt ſit ſicut mgr̄ eius? Ecce foꝛti-
oꝛ eſt Paulus ventura moꝛte: ⁊ dn̄s triſt
eſt. Optabam inq̄t diſſolui: ⁊ eſſe cuꝫ chꝛi
ſto. Gaudet qꝛ diſſoluit̄: vt ſit cuꝫ chꝛiſto:
⁊ ipe chꝛiſtus triſtis eſt cum quo iſte futuꝛ
ſe eſſe letat̄. Sed quid erat illa vox: niſi ſo-
nus infirmitatis noſtre? Multi adhuc īfir
mi cōtriſtantur futura moꝛte: ſ; habeant re
ctum coꝛ: vitent moꝛtē q̄ntum poſſunt: ſed
ſi nō poſſūt: dicāt q̄ ipe dn̄s: nō ꝓpter ſe:
ſ; ꝓpter nos dixit. Quid eni dixit? Pat̄ ſi
fieri pōt trāſeat a me calix iſte. Ecce habes
volūtatem humanā exp̄ſſam. Uide iaꝫ re
ctuꝫ coꝛ: Uerū nō qꝺ ego volo: ſ; quod tu
vis pat̄. Si ḡ coꝛ rectū ſequit̄ deū: prauuꝫ
coꝛ reſiſtit deo. Aliq̄d illi contingat aduer
ſum: clamat: de⁹ quid tibi feci? Quid com
miſi? Quid peccaui? Se iuſtū vult videri:
deū iniuſtū. Quid tā prauū? Prauuꝫ eſt:
qꝛ toꝛtus eſt: ⁊ toꝛtā regulā putat. Coꝛrige
te: ⁊ inuenies rectuꝫ a quo te deprauaſti.
Ille iuſt⁹: tu iniuſt⁹: ⁊ ideo ꝑuerſus es: q̄a
hoiem iuſtū dicis: ⁊ deū iniuſtū: Queꝫ ho
minē iuſtū dixi? Teipm: Qn̄ eni dicis: q̄d
tibi feci: iuſtū te putas. Sꝫ reſpondeat tibi
de⁹: verū dicis mihi: nihil feciſti: omia eni
tibi feciſti. Si eni mihi aliquid feciſſes: bo
num feciſſes. Quicq̄d enim bene fit: mihi
fit: quia ex p̄cepto meo fit. Quicq̄d autem
mali fit: tibi fit: non mihi fit: quia non fecit
malus aliquid niſi ſibi: quia hoc non ego
iubeo. Tales quando videritis fratres
coꝛripite: arguite: coꝛrigite. Et ſi non po-
teſtis coꝛripere aut coꝛrigere: nollte cōſen-

tire: vt poſſitis dicere: Non adheſit mihi
Alia lra declinantem me malignū cor prauum. †Cū declinaret a me ma
lignus nō cognoſcebam. Quid eſt
non cognoſcebā? Nō approbabā: non lau
dabaȝ: nō mihi placebat. Cognoſcere enī
inuenimus ī ſcripturis aliqñ̄ dici ꝓ eo qđ
eſt placere nobis. Quid enī latet deuȝ fra
tres? Nūquid nouit iuſtoſ: ⁊ non nouit in-
iuſtos? Quid cogitas qđ ille neſciat? Non
dico q̄d facis: ſed q̄d cogitas quod ille ne
ſciat? Non dico q̄d cogitas: ſed q̄d cogita
turus es qđ nō ille ante viderit? Omnia ḡ
nouit deus: ⁊ tamen in fine: id eſt in iudi-
cio poſt miſericordiā de q̄buſdā dicit: In
illa die multi venturi ſunt ⁊ dicent: domīe
dn̄e in noīe tuo demonia eiecimus: in no-
mine tuo v̓tutes multas fecimus: in nomi
ne tuo manducauimus ⁊ bibimus. Et di-
cam illiſ: Diſcedite a me operarij iniq̄tat̄:
nō noui vos. Ille nō nouit aliquem? Sed
q̄d ē: nō noui vos? In regula mea nō vos
agnoſco. Noui enī regulam iuſticie mee:
nō illi cōgruitis: declinaſtis ab illa: diſtor-
ti eſtis. Ideo ⁊ hic dixit: non cognoſcebā.
Quid eſt: nō cognoſcebam? Nūquid for-
te quia malignus qñ̄ obuiam fit iuſto in vi
co anguſto dicit ſibi qđ eſt ſcriptuȝ in ſapi
entia Salomonis: Grauis eſt nobis etiaȝ
ad videndū: ⁊ mutat viam ne videat queȝ
nō vult? Sed q̄ꝫ multi ſunt maligni q̄s vi-
demus: ⁊ qui nos vident: ⁊ nō ſolum non
a nobis declinām̄t: ſed currunt ad nos: ⁊ ali
quādo iniq̄tates ſuas ꝑ nos impleri cupi-
unt. Plerūq̄ꝫ nobis contingit. Quomō ḡ
declinant? Declinat a te qui diſſimilis ē ti-
bi. Quid eſt declinat a te? Non te ſequit̄.
Quid eſt: nō te ſequitur? Non te imitatur.
Ergo cum declinaret a me malignus: id ē
cum mihi diſſimilis eſſet malignus: ⁊ vias
meas nollet imitari: nollet ſic viuere mali-
gnus quomō me illi ꝓpoſui: ad imitatiōeȝ
nō cognoſcebam. Quid eſt non cognoſce
bam? Non quia neſciebam: ſed q̄ꝛ non ap
Alia lra †ſecreto probabam. Detrahentem primo
ſuo †occulte: hunc ꝑſequebar. Ecce
ꝑſecutor bonus: nō hominis: ſed peccati.
Alia lra Supbo oculo ⁊ inſatiabili cor-
†ī hoc non edebam de†: huic non conueſcebar. Quid ē
nō conueſcebar? Non cum illo manduca-
bam. Attendat caritas veſtra: q̄ꝛ mirum
aliquid audituri eſtis. Si nō conueſcebat̄
cum illo: nō manducabat. Veſci enim mā
ducare eſt. Cur ḡ p̄mū ip̄m dn̄m inuenim⁹
manducaſſe cum ſupbis: ⁊ nō cum publi-

canis illis ⁊ peccatoribus? Nam ip̄i humi
les erant: cognoſcebāt enī̄ languorē ſuuȝ:
⁊ medicū requirebant. Cum ip̄is ſuperbis
phariſeis inuenimus illū mādücaſſe. Nā
ſuperbus q̄daȝ inuitauerat illū: ip̄e eſt cui
diſplicuit: q̄ꝛ mulier peccatrix que erat ī ci
uitate famoſa: acceſſit ad pedes dn̄i: ⁊ ait ī
corde ſuo: Hic ſi eſſ̄ȝ ꝓpha̅ ſciret q̄ mlīr illi
acceſſit ad pedeſ. Quia tal̓ erat mundicia
phariſeorū: vt nemo eos iniquus tāgeret:
ſi quis eos immūdus vel modice tetigiſſ̄ȝ:
exhorrebant: ne quaſi immūdos eos face-
ret tactus immūdus. At vbi peccatrix illa
que erat ī ciuitate famoſa acceſſit flere ad
pedes domini: ille cū videret eam dixit in
corde ſuo: Hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret q̄ mu-
lier illi acceſſit ad pedes. Unde ſciebat q̄ꝛ
chriſtus neſciuit: niſi inde ſuſpicat⁹ eſt euȝ
neſciſſe: quia nō eam repulit? Quia ſi ipſe
eſſet repelleret a ſe. Dn̄s autem non ſolum
mulierem illā peccatricē nouerat: ſed et il-
lius ſupbi vulnera medic⁹ inſanabilia vi-
debat. Ait enī̄ cum audiſſet cogitanteȝ: vt
oſtenderet illū ſuperbū: Symō habeo ali
quid tibi dicere: Duo debitores erant cui
dam feneratori: vnus ei debebat quīqua-
ginta denarios: alius quingentos. Cū nō
haberent vnde redderēt: dimiſit ambob⁹.
Quis eum plus dilexit? Et ille cōtra ſe di-
xit ſentētiam: extorquente ſibi cōfeſſiōe ve
ritatis. Credo domīe quia cui plus dona-
uit. Et cōuerſus ad mulierem dixit Symo
ni. Vides iſtam mulierē? Intraui ī domū
tuam: aquam mihi ad pedes non dediſti:
iſta autē lachrymis rigauit pedes meos: ⁊
cetera que noſtis. Non opus eſt in alijs ꝓ
pter que ad teſtimoniū adhibuimus diu-
tius immorari. Iſte phariſe⁹ ſuperb⁹ erat:
conueſcebat̄ cuȝ illo deus. Quid eſt ergo
quod ait: Superbo oculo ⁊ inſatiabili cor
de huic non conueſcebar? Quid eſt: non
conueſcebar? Non cum illo manducabā.
Quomodo nobis proponit hec: quando
ip̄e non fecit? Ad imitationeȝ ſuā nos hor
tatur. Videmus eum cōuiuatum eſſe cum
ſupbis: quomō nos ꝓhibet ne cōuiuemur
cum eis? Nos quidem fratres ꝓpter corre
ptionem aliquā: tenemus nos etiam a fra-
tribus noſtris: ⁊ nō cum eis cōuiuamur vt
corrigantur. Cum extraneis potius conui
uamur cū paganis q̄ꝫ cuȝ his qui nobiſcū
erāt: ſi viderim⁹ eos male viuere vt erube
ſcant ⁊ corrigant̄: ſicut dicit apoſtoluſ. Si
q̄s non obaudit v̓bo noſtro ꝑ ep̄lam: hūc

notate: ⁊ nolite cõmiſceri cum eo: ⁊ non vt
inimicũ exiſtimetis: ſ; corripite vt fratrem.
Facim⁹ ſ; plerũq; ꝓpter medicinã: ⁊ tñ cũ
extraneis multis ⁊ cum impijs ſepe veſci-
mur. Quid ẽ hoc qđ ait: Supbo oculo et
inſatiabili corde: huic nõ ꝯueſcebar? Ha-
bet epulas ſuas cor pium: hʒ epulas ſuas
cor ſupbum. Nam ꝓpter cibos ipſos cor-
dis ſuperbi: ideo dixit: inſatiabili corde.
Cor ſupbum vñ paſcit? Si ſupbus eſt: in-
uidus eſt: aliter non põt. Supbia mr̃ ſinui-
dentie eſt: nõ põt niſi generare hanc: ⁊ cuʒ
illa ſp eſſe. Oĩs ḡ ſupbus inuidus eſt: ⁊ ſi
inuidus eſt: mal' alienis paſcit. Vñ dicit
apl's: Si mordetis ⁊ comeditis inuicẽ: vi-
dete ne ab inuicem cõſumamini. Videtis
ḡ comedentes: nolite his conueſci: fugite
male cõuiuiũ. Neq; eni ſe ſatiãt gaudẽdo
de mal' alienis: q̃ inſatiabili corde ſũt. Ca
ue ne capiaris in epul' eorũ laqueo diabo-
li. Cibis talibus paſcebant iudei qñ cruci
fixerũt dñm: Sed q̃ paſcebant tãq; de pe
na dñi: Naʒ ⁊ nos de cruce dñi paſcimur:
q̃ corpus ipſius mãducam⁹. Dicebãt eni
cũ viderẽt eum pendentẽ in cruce inſultã-
tes: q̃ inſatiabiles corde erãt. Dicebãt ḡ:
Si filius dei eſt deſcendat de cruce: alios
ſaluauit: ſe ſaluare non põt. Paſcebant ci
bo crudelitatis ſue: ⁊ ille paſcebat cibo mi
ſericordie ſue. Pat' inq̃t ignoſce ill': q̃ ne-
ſciunt q̃d faciũt. Illi ḡ habebãt alias epu
las: ille alias. Sed q̃d dictuʒ ſit de mẽſa ſu
perboꝝ: audite. Fiat mẽſa eorũ coraʒ ipſis
in muſcipulã: ⁊ in retributionẽ ⁊ in ſcanda
lum. Paſti ſunt: capti ſunt. Quomõ enim
aues ad muſcipulã: aut piſces ad hamum
ñ paſcũt: ſ; capiunt: ſic ⁊ ipſi. Hñt ergo im-
pij epulas ſuas: hñt pij epulas ſuas. Au-
di epulas pioꝝ. Beati q̃ eſuriũt ⁊ ſitiunt
iuſticiã: qm̃ ipſi ſaturabunt. Si ḡ pius pa-
ſcitur cibo iuſticie: ⁊ impius ſupbie: nõ mi
rum ſi inſatiabil' corde paſcit cibo iniquita
tis. Noli paſci cibo iniq̃tatis: ⁊ nõ tibi con
ueſcit ſupbus oculo ⁊ inſatiabilis corde.
Et vñ tu paſcebaris? Et q̃d te delectabat:
vbi ille tibi non conueſcebat? Oculi
mei ad fideles terre: inq̃t: vt †cõſide- Alia lr̃a †ſedeant
rent †hi mecũ. Dñs dicit: Oculi mei ſu †non habet
per fideles terre: vt ꝯſiderent hi mecuʒ: id
eſt vt mecũ ſederẽt. Quõ ſederẽt? Se debi
tis ſup duodeci thronos: iudicantes duo
deci trib⁹ iſr'. Iudicãt fideles t̃re: de q̃b⁹ dĩ:
Neſcitis q̃ angelos iudicabimus? Oculi
mei ſup fideles terre: vt ꝯſiderẽt hi mecũ.

Ambulans in via immaculata: hic
mihi miniſtrabat. Mihi ait: non ſibi.
Multi eñi miniſtrant euãgeliũ: ſ; ñ ſibi mi
niſtrant: q̃ ſua querunt: non q̃ Jeſu chri-
ſti. Quid eſt chriſto miñrare? Ea que chri
ſti ſunt querere. Eq̃dem qñ mali annunci-
ant euangeliũ: alij ꝓuantur: illi puniũtur.
Dictum eſt eni: Que dicunt facite: q̃ autẽ
faciũt: facere nolite. Non timeas ergo qñ
a malis audis euangeliũ. Ve illi q̃ ſibi mi
niſtrat: id eſt qui ſua ibi querit: tu chriſti ac
cipe. Ambulans in via immaculata: hic mi
hi miniſtrabat. Non habitauit in Alia lr̃a.
medio domus mee †faciẽs ſupbiã. †qui facit
Reuertere ad domuʒ illam: id eſt ad cor.
Non habitabat in corde meo faciẽs ſuper
biã. Nullus talis habitabat i corde meo:
reſiliebat enim inde. Nemo habitabat in
corde meo: niſi mitis ⁊ quietus: ſupbus nõ
illic habitabat. Non eniʒ habitabat i cor-
de iuſti iniuſtus. Sit a te iuſtus remot⁹: ne
ſcio quot milibus ⁊ manſionibus: ſimil' ha-
bitatis: ſi vnum cor habetis. Non habi-
tauit in medio domus mee faciẽs ſupbiã. Alia lr̃a
†Loquens iniqua non dixerit i cõ- †qui loquitur
ſpectu oculoꝝ meorum. Hec eſt via
immaculata: vbi intelligimus quando ad
nos veiat domin⁹. In matutinis i-
terficiebam omnes peccatores ter
re. Hoc obſcurum eſt: dignamini aduerte
re. Jam finis pſalmi eſt. In matutinis in-
terficiebam omẽs peccatores terre. Qua- Alia lr̃a
re? Ut† diſperdaʒ de ciuitate domi †vt diſpderem
ni omnes operantes iniquitates.
Sunt ergo in ciuitate dñi operantes iniq̃-
tatem: ⁊ quaſi parcit eis modo. Quare?
Quia miſericordie tempus eſt: ſed veniet
⁊ iudicij: quia ſic cepit pſalmus. Miſeri-
cordiam ⁊ iudiciũ cantabo tibi domie. Jã
enumerauit ſupi⁹: quia illi non adheſerũt
niſi boni. Mal' nõ adheſit: nec delectabat
epul' iniq̃tat' eorũ qui ſibi miniſtrabãt non
domio: id eſt ſua querebant. Et quaſi di-
ceretur illi: ⁊ vt quid tales i ciuitate tua tã
to tempe tolerasti? Tempus miſericordie
eſt. Quid eſt tempus miſcdie? Adhuc nõ-
dum reuelatũ eſt iudiciũ. Nox eſt: appare
bit dies: apparebit iudiciũ. Audi apoſto-
luʒ. Itaq; nolite ante tempus quicq; iudi
care. Quid eſt ante tempus? Ante diem.
Audi quia ante dieʒ dixerit: Donec veni-
at domi⁹: q̃ ⁊ illumiet abſcõdita tenebraꝝ:
⁊ manifeſtet cogitationes cordis: ⁊ tunc
laus erit vnicuiq; a deo. Nã mõ q̃diu nõ

vides coꝛ meū: ⁊ non video coꝛ tuū nox ē.
Neſcio q̇d ab hoīe petiſti nō accepiſti: cō/
temni te putas: ⁊ forte nō contemneris. Coꝛ
eni nō vides: ⁊ cito blaſphemas: in nocte
danda eſt tibi venia erranti. Diligit te hō
neſcio q̇s: ⁊ putas q꞉ odit te: aut odit te: et
putas q꞉ diligit te. Sꝫ q̇cūqꝫ ſit nox ē: noli
timere: pſume in chꝛiſto: in illo habeto di/
em. Non eſt q̇d mali de illo ſentias: q꞉ ſe/
curi ſum⁹: ⁊ certi ſumus: q꞉ falli nō poteſt:
amat nos: de nobis aūt inuicē nondū cer
ti ſumus. Deus eni nouit dilectionē nr̄am
inuicē. Nos aūt ſi diligimus nos inuicē:
q̇s videt qua diſpenſatiōe a nob̄ fiant iſta?
Quare nemo videt coꝛ? Quia nox ē. In
iſta nocte in qua temptatōes abūdant: q̄ſi
de ip̄a nocte dixit pſalmus: Poſuiſti tene
bꝛas: ⁊ facta eſt nox: in ea ptranſibunt oēs
beſtie ſilue. Catuli leonū rugientes vt ra/
piant: vt querant a deo eſcam ſibi. In no/
cte querūt eſcam catuli leonum. Qui ſunt
catuli leonū? Principū ⁊ ptātū aeris hui⁹
demones ⁊ angeli diaboli. Quō ſibi que/
runt eſcam? Qn̄ temptant. Sed q꞉ nō ac/
cedunt: niſi eis deus dederit ptātem: ideo
dictum ē: Querentes a deo eſcā ſibi. Pe/
tit Job temptandū. Qualē eſcā? Opulē
tam: pinguem: iuſtū dei: cui ip̄e deus teſti
moniū ꝓhibuit ⁊ ait: homo ſine q̄rela ver⁹
dei cultoꝛ fuit. Petiuit illū temptandū: q̄
rens a deo eſcā ſibi: ⁊ accepit tēptandū: ſꝫ
nō opprimendū: purgandū vō nō euerten
dum: aut forte nec purgandū: ſꝫ ꝓbandū.
Tamē ⁊ qui temptant aliq̄n tradūt occul/
to merito ſuo in man⁹ temptatoris: q꞉ tra/
diti ſunt forte in ꝯcupiās ſuas. Nam dia/
bolus nulli nocet: niſi acceperit poteſtatē
a deo. Sed qn̄? In nocte. Quid eſt in no/
cte? In iſto tp̄e. Cū aūt tranſierit nox: ⁊ ve
nerit dies: mittunt mali cum illo in ignem
eternū: iuſti vō in vitam eternā. Nullus il
lic erit temptatoꝛ: q꞉ nō ſunt illic catuli leo
num: q꞉ tranſacta eſt nox. Jō dn̄s diſcipu
lis ſuis ait: Hac nocte poſtulauit ſathanas
vexare vos ſicut triticū: ⁊ ego rogaui ꝓ te
Petre ne deficiat fides tua. Quid ē vexa
re ſic triticū? Quō ab hoīe triticū n̄ mādu/
catur: niſi p̄mo attritū vt panem faciat: ſic
neminē manducat diabolus: niſi p̄mo per
tribulationē euerterit: côterit vt māducet.
Tu aūt q̇ tribularis: ſi maneas granum:
nō ꝯturberis: nihil tibi côtingit. Quō bo/
ues triturant? Nūq̇d in ſolū triticū intrāt?
Simul mittunt cū tribula in area. Sꝫ nū/
q̇d timē luꝫ eſt tritico? Abſit: Nō côcidit:
niſi palea a tritico ſpoliet: ſuperfluit ⁊ ve/
niet ventilatio: ⁊ inueniet puram maſſam.
Quē inuenit: granū mittit in hoꝛreū ſuuꝫ:
⁊ aceruū palee côburet igni inextinguibi/
li. Vn̄ dixit h̄: Quia diem in ſpe habem⁹:
Dies nobis in chꝛiſto debet eſſe: nam q̄/
diu int̄ temptatiōes ſumus: nox ē. In iſta
nocte parcit de⁹ peccatoꝛib⁹: vt non illos
tollat. Flagellat illos temptatiōib⁹ vt coꝛ/
rigant: tolerat illos in ciuitate ſua. Puta/
mus ſp̄ tolerabit? Si ſp̄ miſericoꝛs eſt: nō eſt
iudiciū. Si aūt miſcd̄iam ⁊ iudiciū canta/
bo tibi dn̄e: nō parcit: tūc iudicabit. Sed
qn̄ iudicabit? Cum trāſierit nox. Jō dixit:
In matutinis interficiebā oēs peccatoꝛes
terre. Quid ē: in matutinis? Cuꝫ iam dies
venerit: nocte tranſacta. In matutinis in/
terficiebam oēs pctōꝛes terre. Quare eis
parcit vſqꝫ ad matutinū? Quia nox erat.
Quid eſt: nox erat? Quia tp̄s erat parcen
di. Parcebat: cū coꝛda hoīm eſſent occul
ta. Vides aliquē male viuere: toleras illū:
neſcis eni qualis erit: q꞉ nox eſt. Vtrū q̇ ho/
die male viuit: cras bn̄ viuat: ⁊ vtrū q̇ ho/
die bn̄ viuit: cras malus ſit. Nox eſt eni: ⁊
omēs tolerat deus: q꞉ longanimis ē. Tole
rat vt côuertant ad illū peccatoꝛes: Sed q̇
nō ſe coꝛrexerint in iſto tp̄e miſcd̄ie: interfi
cient. Et quare interficient? Vt diſpergāt
de ciuitate dn̄i: de ſocietate hieruſalē: de ſocie
tate ſanctoꝝ: de ſocietate eccl̄ie. Qn̄ autē
interficient? In matutinis. Quid ē: in ma
tutinis? Cum nox tranſacta fuerit. Quare
mō parcit? Quia tp̄us miſcd̄ie eſt. Quare
ſp̄ nō parcit? Quia miſcd̄iaꝫ ⁊ iudiciū can
tabo tibi dn̄e. Fratres nemo ſibi blādiat:
Interficiet oēs opantes iniq̇tatē. Inter/
ficiet eos chꝛiſtus in matutinis: ⁊ diſpdet
eos de ciuitate ſua. Sed mō cū tp̄s miſeri/
coꝛdie eſt: audiāt eum. Vbiqꝫ clamat ꝑ le
gem: ꝑ ꝓphetas: ꝑ pſalmos: ꝑ ep̄l̄as: ꝑ euā
gelia. Videte q꞉ nō tacet: q꞉ parcit: q꞉ ero/
gat miſcd̄iam: ſed cauete: quia vēturuꝫ eſt
iudicium.

Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis
epi: de centeſimo ⁊ vltimo ſecunde Quin
quagene pſalmo Tractat⁹ feliciť explicit.